

16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.
61.
62.
63.
64.
65.
66.
67.
68.
69.
70.
71.
72.
73.
74.
75.
76.
77.
78.
79.
80.
81.
82.
83.
84.
85.
86.
87.
88.
89.
90.
91.
92.
93.
94.
95.
96.
97.
98.
99.
100.



Nr. *Brefides*

- | | | |
|-----|------------------|---|
| 1. | <i>Struo</i> | <i>De actibus et contractibus correptivis</i> |
| 2. | <i>Aurm</i> | <i>- pactis legitimis et condictionibus ex lege merito suspectis.</i> |
| 3. | <i>Cocceji</i> | <i>- usu et differentia pactorum et stipulat.</i> |
| 4. | <i>Conradi</i> | <i>- pacto fiducia.</i> |
| 5. | <i>Stein</i> | <i>- dissonantia jur. civ. et can. cum usu fori circa pacta.</i> |
| 6. | <i>Steger</i> | <i>- natura pacti de non petendo.</i> |
| 7. | <i>Struo</i> | <i>- jure colonario.</i> |
| 8. | <i>Hohesfel</i> | <i>- mercatu corporum humanorum.</i> |
| 9. | <i>Cocceji</i> | <i>- doli, culpe et negligentia praestatione in quolibet negotio.</i> |
| 10. | <i>Wagner</i> | <i>- arbitrio judicis circa praestat. culpe in contractibus.</i> |
| 11. | <i>Bremen</i> | <i>- Tractatibus.</i> |
| 12. | <i>Petermann</i> | <i>- valore pactorum quibus praeparantur contractus.</i> |
| 13. | <i>Seinhardt</i> | <i>- rebus in dominio publico existentibus.</i> |
| 14. | <i>Hilberad</i> | <i>- Pensalibus v. Müdler.</i> |
| 15. | <i>Müller</i> | <i>- Minuta v. Bunctatione.</i> |
| 16. | <i>Weidler</i> | <i>- Traditione rerum.</i> |
| 17. | <i>Tenzel</i> | <i>- usum cita conventionem vel moram praestandi.</i> |

- | | | |
|-----|--------------|---|
| Nr. | Grapiet | |
| 18. | Tenzel | De altero facto usurario. |
| 19 | Fr. Thomaeus | An mercator usuras pretii pro merca
vendita et tradita tardius soluti
possit exigere. |
| 20. | Hombeyg | usur in contractibus pretii iuris |
| 21. | Hunold | - pacto pignori antidiario. |
| 22. | Fournier | - effectu hypothecae post resolutionem
dominium constituitur. |
| 23. | Stierm | - prescript: relucit: pignorum. |
| 24 | Hering | - iure pignori perdurante in
domo exusa et reedificata. |
| 25. | Tenzel | - hypothecae tacita, quatenus libros pu-
blicos afficit. |
| 26 | Güll | - consue reservatio. |
| 27 | Schweder | - auctorita publ: ad pignori publ: consti. |
| 28. | Bapineller | - contractu emphyteuticario |
| 29. | Maseov | - iure emphyteutico. |
| 30. | Tenzel | - probat: et reprobat: con. constitucorum. |
| 31. | Hoffmann | - emphyteos. |
| 32 | Bapineller | - prescript. immunitatis ab oneribus
publicis. |

J.

DISSERTATIO JURIDICA
EXHIBENS

13. 6
**DISSONANTIAM
JURIS CIVILIS ET JU-
RIS CANONICI CUM USU
FORI CIRCA
PACTA**

QVAM
ANNUENTE DIVINO NUMINE
SENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
PRÆSIDE

DN. MATTHIA Stein/
ICTO, PROFESSORE PUBLICO, FACULTATIS
JURIDICÆ HODIE DECANO,

*PATRONO SUO OMNI HONORIS CULTU
VENERANDO, IN AUDITORIO MAJORI*

DIE JULII MDCCXII.
PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI
SUBMITTIT

JOH. CHRISTIANUS Winter/
NEOHUSA-SAXO-LAUBENBURGICUS.

ROSTOCHI, TYPIS JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC.
ET UNIVERS. TYPOGR.

ILLUSTRI ATQVE GENEROSO
DOMINO,

**DN. GEORGIO. ER-
NESTO de WERPUP,**

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI S.
R. J. ELECTORIS ATQVE DUCIS BRUNSWICEN-
SIS ET LUNEBURGENSIS CONSILIARIO, NEC
NON TOTIUS DUCATUS SAXO - LAUEN-
BURGICI DYNASTÆ EMINEN-
TISSIMO

PATRONO SUO

OMNI OBSERVANTIÆ CULTU PROSE-
QUENDO
PRO INNUNERIS IN SE COLLATIS BENEFICIIS,
MENTE ILLORUM MEMORI ET MANU HUMIL-
LIMA
DISPUTATIONEM HANCCE
CUM VOTO OMNIGENÆ ET PERPETUÆ
PROSPERITATIS

CONSECRAT

JOH. CHRISTIAN. Winter.



I. N. J.
PRÆFAMEN.



Arii quidem leguntur Autores, qui de differentiis juris civilis & canonici *generatim* scripserunt quos jam recensuit Excell. Dn⁹ Thomasius *in Dissertatione ante paucos annos edita, de differentiis jur. Civ. & Canon. in Doctrina de testamentis Cap. 1. §. 1.* Quia tamen Dn. Præses in tribus Exercitationibus Disputatoriis selectiores controversias de Pactis & Contractibus exposuit, non male me facturum credidi, si ad aliqualem illustrationem hujus materiae in præsentî Disputatione ostendam, quomodo *in specie* jus Canonicum intuitu pactorum à jure civili divortium faciat, & quibus in casibus praxis jus Canonicum, in quibus autem jus Civile sequatur: Ita autem procedendum existimavi, ut *primo* capite differentiae de pactis nudis, eorumque variis in jure obviis exemplis, circa quæ occurrit dissonantia inter utrumque jus, *in secundo* de pactis legitimis, *in tertio* de pactis adjectis, exhibeantur: Quo labore ut rectè feliciterque defungar, eumque ad optatum finem perducam, Numinis Divini gratiam supplici voto in auxilium arcesso.

A

CAPL

CAPUT I.

DISSONANTIAM UTRIUSQUE JURIS CUM
 USU FORI CIRCA PACTA NUDA, VARIA-
 QUE ILLORUM IN JURE OBVIA EX-
 EMPLA EXHIBET.

SUMMARIA.

P acta sunt vel nuda vel non- nuda n. 1.	Regulariter autem in eiusmodi pa- ctis animus obligandi non pra- sumitur. n. 16.
Quid sint pacta nonnuda. n. 2.	Inde in Contractibus innominatis initio adhuc hodie penitentia locus est. n. 17.
Quid pacta legitima. n. 3.	Quod etiam multi Dd. concedunt isti, qui à sua parte jam imple- vit contractum innominatum, n. 18.
Quid pacta adjecta. n. 4.	Dissentientes in n. 19.
Ex pactis in continenti adjectis com- petit actio. n. 5.	Primum Exemplum pacti nudi est compromissum, n. 20.
Quid sint pacta nuda. n. 6.	Quid illud est n. 21.
Illae non produciunt J. Civili actio- nem. n. 7.	Quando nudo pacto illud factum, partes possent Laudo intra de- cem dies contradicere, n. 22.
Ratio istius in n. 8.	Elapsis autem 10. diebus competit actio in factum, n. 23.
Jure Canonico ex pacto nudo com- petit actio. n. 9.	Si compromissum per stipulationem factum mox competit actio n. 24.
Hodie distinctio pacti in nudum & non nudum non eundem quem J. Civ. habet usum n. 10.	Hodie & Jure Canonico datur mox actio, licet nudo pacto compromissum factum, n. 25.
Ex pacto nudo enim hodie datur actio. n. 11.	Nec hodie à Laudo appellari potest n. 26.
Ex pactis tamen Contractuum pra- paratoriis nec hodie competit actio. n. 12.	Laudi formulae n. 27.
Illustratur variis exemplis n. 13.	Potesť
Ratio istius. n. 14.	
Limitatur, quando luculenter ap- paret, partes paciscendo ante perfectum contractum se obligare voluisse, n. 15.	

Potest tamen Laudum impugnari
 quando enormissima laeso po-
 rest probari n. 28
 Item quando querelam iniquitatis
 partes sibi reseruarunt. n. 29.
 Compromissum jure civili novo
 non potest juramento firmari,
 n. 30.
 J. Canonico autem & hodie potest.
 n. 31. & 31.
 Quando plures Constituti arbitri
 laudemium est nullum, si non o-
 mnes fuerint presentes. n. 33.
 Licet absens fuerit citatus n. 34.
 Absens per Praetorem compelli po-
 test ut compareat n. 35.
 Quando multi judices constituti.
 Sententia etiam nulla, quando
 non omnes presentes n. 36.
 Quod etiam Jure Canonico obtinet
 in judicibus. n. 37.
 In Arbitris vero sufficit, absen-
 tem esse citatum n. 38.
 Praxis sequitur Jus Civile, n. 39.
 Absens non habetur pro presente
 quando agitur de praedjudicio
 alterius. n. 40.
 Si tamen arbitri plures constituti
 alternative, vel cum clausula
 si non omnes, tunc sufficit ab-
 sentem esse citatum n. 41. & 42.
 Compromitti potest in judicem, ad
 quem causa ordinario jure non
 pertinet & de jure Civ. & Ca-
 non. n. 43.

Eo tamen casu magistratus major
 tale compromissum suscipiens ad
 laudum cogi nequit. n. 44.
 In judicem autem, ad quem causa
 ordinario jure spectat, compro-
 mitti jure Civili non potest. n. 45.
 Ratio istius. n. 46.
 Jure Canonico autem & hodie in
 judicem ordinarium compro-
 mitti potest n. 47. & 48.
 Ratio istius n. 50.
 A sententia tamen istius appellari
 hodie potest. n. 49.
 Etiam in Camera revisto peti po-
 test. n. 51.
 Aliud exemplum pacti nudi est in
 transactione. n. 52.
 Ex qua non competit actio, quan-
 do nudo pacto inita est. n. 53.
 Pristina tamen actio tunc institui
 potest. n. 54.
 Quando autem mediante stipula-
 tione vel contractu innominato
 inita est, tunc datur actio. n. 55.
 Transactio debet esse de re du-
 bia. n. 56.
 De nonnullis autem rebus dubiis
 transigi nequit. n. 57.
 Ita (1) de relictis in testamenti
 transigi nequit, nondum inspe-
 ctis tabulis. n. 58.
 Licet juramentum accesserit de ju-
 re Civili. n. 59.
 (2) Nec transigi potest de alimen-
 tis in testamento legatis sine con-
 gniti-

- gnitione & decreto Prato-
 ris n. 60.
 Licet juramento confirmetur n. 61.
 Valet tamen transactio, si con-
 ditio alimentorum fiat melior,
 aut inter vivos promissa ali-
 menta, vel de alimentis præ-
 teritis transfigatur. n. 62, 63, 64.
 Volunt nonnulli DD. quod etiam
 gratis de alimentis pacisci li-
 ceat, quod rectius negatur.
 n. 65.
 Nec (3) transigere licet de delictis
 publicis non capitalibus n. 66.
 Si transactio fiat, accusator inci-
 dit in SCtum Turpillianum &
 Reus habetur pro convicto n. 67.
 In delictis privatis actor quidem
 impune transigit, reus autem fit
 infamis n. 68. & 69.
 De Delictis publicis præteritis ca-
 pitalibus impune transigere licet.
 n. 70. & 71.
 Excipitur adulterium & Crimen
 perduellionis n. 72. & 73.
 Canonico ex transactione nudo
 pacto inita competit actio n. 74.
 Eodem jure jurata transactio su-
 per relictis in testamento, non
 dum inspectis tabb. valet. n. 75.
 Itidem jurata transactio super ali-
 mentis sine cognitione pratoris
 facta valet. n. 76.
 Eodem jure de nullo crimine tran-
 sfigere licet. n. 77.
- Etiam isto jure nullum delictum
 capitaliter punitur. n. 78.
 Ratio. n. 79.
 Hodie itidem ex transactione nudo
 pacto inita competit actio n. 80.
 Etiam valet hodie transactio de
 re certa. n. 81.
 Jurata transactio super relictis in
 testamento, nondum inspectis
 bulis hodie valida. n. 82.
 Sive testamentum scriptum sit, sive
 nuncupativum n. 83.
 Volunt multi, quod gratis super
 relictis in testamento etiam sine
 juramento pacisci liceat, tabu-
 lis nondum inspectis, quod au-
 tem refutatur à Dn. Strykio
 n. 84.
 Ad Transactionem de alimentis
 in testamento legatis & hodie
 requiritur conjunctim, cognitio
 & Decretum pratoris, quod præ-
 judicio confirmatum n. 85. & 86.
 Si tamen accedat Juramentum,
 neutrum hodie requiritur. n. 87.
 Etiam hodie reus de delictis non
 capitalibus publicis aut privatis
 transigens fit infamis n. 88.
 Accusatorem autem de delictis pu-
 blicis transigentem non incidere
 hodie in SCr. Turpill. multi vo-
 lunt. n. 89.
 In delictis famosis pecuniariis
 transigens reus evitat infamiam
 (2) quando auctoritate judicis
 fit

fit transactio. n. 90.
 Ad quam transactionem partes interdum compelli possunt. n. 91.
 (2) quando tertius ignorante reo transigit. n. 92.
 (3) quando quis gratis super illis delictis paciscitur. n. 93.
 Circa transactionem de Crimine capitali sequimur Jus Civile, non Canonicum. n. 94.
 Ratio J Canonici refutatur. n. 95.
 Transgens de crimine capitali non habetur pro confesso, n. 96.
 Transactio illa tamen dat occasionem inquirendi. n. 97.
 Non obstante illa, reus tamen accusari ab alio, etiam iudex ex officio inquirere potest. n. 98.
 Nec transactio facta impedit quominus ordinaria diciari possit poena. n. 99.
 Nisi (1) tale delictum commissum, ubi damnnum datum per satisfactionem privam potest reparari, tunc enim mitigatur poena n. 100.
 Fel (1.) transactio facta cum magistratu superiori, qui jus aggregandi habet. n. 101.
 Ratione Adulterii nec hodie transigere licet. n. 102.
 Refutantur dissentientes. n. 103.
 Innocens Conjux tamen gratis illud condonare potest. n. 104.
 Remittens autem alterum in exilium sequi debet. n. 105.

In Electoratu Saxonia intercessio conjugis, quando duplicatum est adulterium, non attenditur. n. 107.
 Extra illum condonatio & expresse & tacite fieri potest, tum ubi sciens cohabitavit cum adultera, tum quando innocens mortuus & de eo non conquestus. n. 108. & 9.
 Intercessio à conjugē innocente facta correo adulterii ad mitigandam poenam non prodest. n. 110.
 Nec in Electoratu Saxonia. n. 111.
 Omnino tamen extra illum in Saxonia. prodest. n. 112.
 Novum exemplum pacti nudi est pactum Successorium n. 113.
 A variis varie istud dividitur, congrue in affirmativum & negativum n. 114. &
 Affirmativum respicit vel hereditatem tertii, vel paciscentium Prius valet, quando est de successione tertii incerti. n. 116. & 7.
 Ratio. n. 118.
 Non valet, quando est de successione tertii certi absque istius consensu n. 119.
 Ratio n. 120.
 Licet juramentum accedat. n. 121.
 Etiam ipsi paciscentes privantur successione n. 122.
 Quando autem consentit tertius, pactum est justum, potest tamen tertius revocare voluntatem

tem & aliis relinquere bona,
licet jurato consenserit. n. 124.
 & 125.
Affirmativum pactum, quod respicit
hereditatem ipsorum pacifcentium,
est vel acquisitivum vel conservativum
 n. 126.
Prius quid sit, n. 127.
Exempla in n. 128.
Istud J. Civili est invalidum n. 129.
Rationes varia, n. 130.
Inter milites tamen instar ultima
voluntaris valet, n. 131.
Posterius quid sit, n. 132.
J. Civili istud nullius est momenti
 n. 133.
Limit: quando saltem eo fine sit,
ut Jus successionis ob delictum
alias amittendum conservetur.
 n. 134.
Exempla n. 135.
Pactum Negativum quid sit, n. 136.
Vocatur etiam renunciativum
 n. 137.
Ut si filia renunciet successioni
paterna accepta dote. n. 137.
Pactum istud nullum n. 138.
Ratio, n. 139.
Nec Juramento J. Civ. firmari
potest. n. 140.
Omnino tamen J. Can. n. 141.
Ratio, n. 142.
J. Can. Juramentum stringit,
licet accedat alicui J. Civ. inva-
lid n. 143.

Inde non tantum pactum renun-
ciativum, sed & reliqua pacta
successoria J. Can. per Jura-
mentum accipiunt robar. n. 144.
Hodie pactum de hereditate tertii
incerti omnino valet. n. 145.
Pactum de hereditate tertii certi
juri natura non adversatur,
 n. 146.
Rationes, n. 147.
Huic pacto votum captanda mor-
tis non inest vitio pacti, sed in-
terdum vitio pacifcentium, sicq;
saltem ex accidenti & ex pre-
sumptione Jur. Civ. n. 148.
Presumptio voti captanda mortis
etiam in Germania obstat huic
pacto, donec contraria probetur
consuetudo, n. 149.
Si tamen juramento firmetur istud
pactum, omnino stringit, n. 150.
Obiectio, quod juramentum hocce
non possit supplere defectum for-
ma, resolvitur. n. 151.
Nova cautela, qua hoc pactum
possit hodie reddi validum. n. 152.
Quando jurato consenserit tertius
in hoc pactum, num tunc te-
neatur illis relinquere bona,
num vero nihilominus pro ar-
bitrio de illis possit disponere
 n. 153.
Pactum de hereditate ipsorum Pa-
cifcentium, sive acquisitivum
sive conservativum sit, jure
 Ca.

Canon. per juramentum reddi-
tur validum. n. 154.
Neutrum juri natura adversatur.
n. 155. & 158.
Pactum istiusmodi acquisitivum
moribus Germanie esse validum
communis DD. schola docet.
n. 156.
Majoris tamen securitatis gra-
tia juramento illud firmandum
esse nonnulli svident. n. 157.
Idem de pacto conservativo doce-
tur & facultati testandi in foro
renunciari posse, responso facul-
tatis probatur. n. 158. & 9.
Pactum negativum, quando here-
ditati jam delata renunciatur
omnino validum. n. 160.
Etiam pactum, quo futura here-

ditati renunciatur, juri natura
non contrariatur, licet Juri
Civili. n. 161.
Nec obstat, quod facultas testandi
dicatur juris publici esse, cui
renunciari nequit. n. 12.
Hodie ejusmodi pactum juratum
valet. n. 163.
In Saxonia etiam absq; juramento
istud validum. n. 164.
Etiam extra Saxoniam istud in-
distingte valere nonnulli docent
n. 165.
Tutius tamen est renunciare acce-
dente juramento. n. 166.
Recte autem, etiam de jure Civili,
sine juramento soror renunciat
fratri de hereditate patris, mo-
do pater tunc consentiat. n. 167.

§. I.

Pacta in specie dicta sunt jure Civili vel nuda
vel non nuda arg. l. 7. §. 4. & 5. ff. de pact.
l. 10. C. eod. posteriora dicuntur, quæ vim
obligandi acceperunt, vel à speciali lege,
& inde vocantur pacta legitima, ut donatio
l. 35. §. 4. C. de donat. vel ex cohærentia contractus,
cui in continenti sunt annexa & vocantur pacta ad-
iecta, quæ eandem quam ipse contractus, pari-
unt actionem & dicuntur pars contractus l. 7. §. 5. ff.
de pact. l. 69 ff. pro socio; Quod secus est, si ex inter-
vallo accedant, quæ tantum valent, ut nuda pacta
d. l. 7. §. 5. ff. de pact. Hopp. in Exam. Inst. tit. de Oblu-
gat.

- gat. qu. 25. Struv. Exerc. 6. th. 18. seqq. Lauterbach.
 6 in Comp. ff. de Pact. Pacta autem nuda sunt, quæ in sim-
 plicibus conventionum terminis subsistunt; Hæc jure
 7 Romano non producunt actionem, sed exceptionem
 l. 7. §. 4. & 5. l. 27. §. 2. l. 41. l. 45. ff. de pact. l. 1. 10, 13, 21,
 28, c. eod. l. 15. ff. de præscript. verb. l. 3 ff. de rer. permut.
 ita, quando fidejussio, novatio, &c. nudo pacto fi-
 unt, ista negotia in foro Romano non stringunt,
 sed præcisè requirunt stipulationem l. 1. §. 2. ff. de V. O.
 l. 12 C. de fidejuss. §. 3. Inst. Quib. mod. toll. oblig. l. 6. l. 7.
 ff. de Novat. Inde inter absentes per epistolam aut per
 nuntium ejusmodi negotia contrahi non possunt.
 8 Hopp. in Comment. ad pr. J. De fidejuss. & ad §. 3. J. Quib.
 mod. toll. oblig. ratio est, quia prætor existimavit, quod
 si ex quovis nudo pacto obligatio & actio nasceretur,
 incommoda innumera in Rempublicam redundatura
 sint, ita propter quælibet leviter & inconsideratò pro-
 missa infinitæ orirentur lites, quibus judicia gravaren-
 tur, sicque maximum immineret periculum fortu-
 nis eorum, qui magis propter jactantiam, quam ex
 deliberato animo multa promittunt. Connan. Lib. 5.
 C. 1. n. 5. & 6. Duaren. ad tit. ff. de pact. Rittersh. Diffe-
 9 rent. jur. Civ. & Can. lib. 3. c. 1. JURE CANONICO
 è contra res secus se habet, istud enim etiam ex nudo
 pacto concedit obligationem & actionem, quod satis
 evincitur c. 1. X. de pactis ubi proponitur quis conven-
 tus ex pacto istique injungitur, ut fidem pacti præ-
 stet, quod si detrectet, ecclesiastica disciplina ad hoc
 compellendus, & in c. 5. eod. dicitur, quod Judex stu-
 dere debeat, ut pacta serventur, cum ergò Judex
 non impertiat officium suum, nisi imploranti, facile
 quisque

quisque largiatur, remedium competere, quo mediante iudex imploratur, qui enim vult finem, vult etiam media, quamvis ergo non nominata ex pacto hic detur actio, pactum tamen ita confirmatum, ut detur conditio ex hoc cap. 1. X. De pactis Vinn. *de pact. c. 7. n. 4.* Lynk. *ad Decretal. tit. de pact. n. 9. Dn. Stryk. US. Mod. ff. tit. de pact. §. 2.* Rittersh. *Diff. jur. Civ. & Can. lib. 3. c. 1.* Dissentiunt Ungepaup. *tit. de pact. Ziegler. ad Lancell. l. 3. t. 3. §. 2.* Fachin. *Lib. 2. Controv. 100.* Böcer. *ad l. 23. ff. de Re. J. c. 1. n. 8.* Schnobel. *Disput. 2. ff. th. 26.* Hunn. *ad Treutl. Vol. 1. Disput. 6. q. 75.* Quorum rationes resolvit Vinn. *d. l.*

§. II. Hodie prædicta distinctio pacti in nudum & non nudum & num in conti-
nenti aut ex intervallo fit adjectum, nil quicquam in effectu sub recessu habet, cum ad implementum ex illis indistincte agi possit, modo à persona habili super re licita & honesta pactum deliberatò initum, siquidem & ex pacto nudo hodie datur conditio ex
d. c. 1. X. *de pact. Stryk. US. M. ff. de pact. §. 2.* Hahn. *ad Wesenb. cod. n. 9. verb. Jure Pontificio vel conditio ex moribus Stryk. d. l. §. 3. Mev. p. 5. Dec. 407.* Struv. *Ex. 6. th. 17.* Inde & ad fidejussionem & novationem sufficit nudum pactum & consensus quocunque modo facta declaratio, Etiam inter absentes per epistolam vel nuncium ista recte contrahuntur, Struv. *Synt. j. c. Exerc. 47. th. 37. & 57.* Gudelin *de jur. Noviss. lib. 3. cap. 12.* Carpz. *lib. 5. Resp. 105. n. 13.* Non tamen prædicta procedunt in pactis contractuum preparatoris, quæ fiunt de futuris contractibus ineundis, seu adhuc perficiendis, eo ipso enim dum partes paciscuntur de-

B

con-

- 13 contractu ineundo & obligatione per futurum contractum constituenda, simul declarant mentem, quod eo pacto præparatorio efficaciter se obligare nolint, ita, quando quis equum emere constituit, & alteri dicit, *Er wolle ihm ein Pferd verkaufen*/alter etiam mox paratus est vendere, ex pacto isto & consensu de emendo vendendo, nemo rectè dixerit, ullam obligationem vel exceptionem oriri, nam, quamdiu nondum de pretio conventum, adeoque contractus nondum perfectus, liberrime recedere ac pœnitere licet. *Princ. §. de emt. & Vend.* Eadem ratione, cum partes emtionem scripto contrahere velint, donec, aliquid scripturæ deest, nullum jus inde oritur, etsi jam consenserint de pretio §. 1. *J. eod. l. 17. C. De fide Instrum.* ubi expresse quoque additur, ex pacto, etsi de pretio convenerint, ne quidem ad id, quod interest, agi posse: Atque hoc est, quod imperator *in l. pen. in fin. C. De His quib. ut indig.* ait: *Nihil actum esse credimus, dum aliquid addendum superest.*
- 14 Quæ omnia naturali prorsus ratione patent, cum enim conventiones voluntate partium constant, non potest alia species conventionis esse, qua partes obligentur, quam ex qua obligare se voluerunt, sicque nec possunt, qui contrahere volunt, ex pacto conveniri. *l. 1. §. 4. ff. de pecun. Constit. l. 1. §. 2. ff. de V. O.* Sola enim intentio partium negotia conventionum, distinguit & legem iis dat *l. 3. §. 1. ff. de O. & A.* ut proinde, si ipsis propositum fuerit emere, permutare, &c. ex sola emtionis aut permutationis, non verò ex alia conventionione teneri possunt, quod confirmat *l. 1. §. 4. ff. de pecun. Constit. l. 1. §. 3. ff. de V. O.* Prout ergo de

de pactis perfectis, etsi nudis, actio moribus non negetur, ita ex imperfectis illis de contrahendo præter mentem & intentionem partium, quibus contrahendi propositum fuit, obligationem tanquam ex consensu, nec naturali nec civili ratione dari posse certum est, & tantum abest, ut aliud de moribus probari possit, ex negotio enim imperfecto nullum jus nasci potest, quia imperfectum negotium sine dubio nullum est, ut dicitur §. 7. *in fin. J. Quib. mod. test. infirm.* quod autem nullum est, id non potest vim ullam habere, aut jus ullum inde nasci, cum ergo partes ad contrahendum conveniant, atque consentiant, hoc negotium ipsis propositum non est perfectum, donec contractui aliquid deest, repugnat omnino, contractum perfectum esse, cui pars aliqua adhuc deficit: Nisi luculenter appareat, partes paci-
 scendo ante perfectum contractum quoque se obligare voluisse, ita dubium non est, istud negotium esse perfectum, ex eoque pacto hodie actionem nasci: Tale pactum de vendendo fuit in specie, de quo responderunt Jcti Jenenses, Wittebergenfes & Lipsienses (qui tamen pro parte à reliquis dissenserunt) apud Berlich. *Dec. 143. n. 6. 13. & 15.* Regulariter verò
 in ejusmodi pactis animus obligandi non præsumitur, sed ita interpretatio fit, ut quis liberetur potius, non ut obligetur, expr. *L. 47. ff. de O. & A.* unde etiam stipulatio inutilis ne quidem ut pactum valet, quia ad obligandum tendit *l. 1. §. 2. ff. de V. O.* hinc si duo de rebus permutandis convenerint, re nondum tradita, uterque adhuc hodie ab illo pacto impunè recedere potest. Hahn. *ad Wesenb. tit. de præscript. verb.*

- N. 1. *in fin.* Meyer. *ad princ. §. de Obligation.* Lauterb. *de Arrha th.* 164. Dn. Fromm. *Disput. de Convent. in-*
script. th. 37. ubi nec ad interesse agi posse tradit,
 imò & in contractibus innominatis non tantum ini-
 17 tio penitentiae locum esse, sed & isti hodie, æque
 ac jure civili l. 1. §. 4. ff. *de Rer. permut. l. 4. Cod. eod. l. 5.*
ff. de condit. caus. dat. repetitionem permissam, qui ex
 sua parte jam contractum adimplevit, docent & præ-
 18 judiciis confirmant Carpz. *part. 2. C. 33. D. 23.* & Mev.
P. 8. D. 115. add. Mev. *P. 3. Dec. 27. n. 5.* Esbach. *ad Carpz.*
d. h. Hahn. ad Wesenb. d. l. N. 1. Lauterb. *in Colleg. ff.*
tit. de rer. permut. §. 6. Ratio, quia negotium, quod
 partibus erat propositum, nondum à parte accipien-
 tis fuit perfectum, adeoque ex eo non potuit isti ul-
 lum jus competere, licet utrinque consensus de per-
 19 mutando intervenerit. Dissentiunt Stryk. *U. M. ff.*
tit. de pact. §. 5. Molin. *de Just. & Jur. Tr. 2. D. sp. 258. n. 9.*
 Aliique quos plena manu jam allegavit Dn. Præses in
Exercit. Disput. 7. Controv. II.
 §. III. Pacti nudi exemplum est compro-
 20 missum l. 5. *C. de Recept. arbitr. l. 11. §. 3. ff. eod.* Schilt.
Exerc. 12. th. 12. Lauterb. *tit. ff. de receptis*, De quo var-
 rix leguntur differentiae inter jus Civile & Canonicum.
 Est autem compromissum conventio, qua litigaturi
 21 eligunt arbitrum, & potestatem decidendi litem se-
 cundum formam, quam præscribunt, concedunt,
 simulque se decisioni istius staturos promittunt, l. 7.
 §. 3. & 4 ff. *de recept. qui arbitr.* quæ decisio à Doctori-
 bus indigitatur voce LAUDI Bald. *ad l. fin. §. 6. C. com-*
 22 *mun. de legat.* Cui autem partes intra decem dies con-
 tradicere possunt, provocando ad arbitrium boni
 viri

viri, seu iudicis, quando nudo pacto compromissum factum, utpote, quod per se actionem non producit d. l. 5. in fin. princ. C. de recept. arbitr. Elapsis verò 10. diebus, aut si à partibus statim expressè sit approbatum, tunc actio in factum competit, sicque executioni mandatur, non quidem ab arbitro, quia iste nullam jurisdictionem habet l. 3. C. de Jurisdic. sed per Judicem ordinarium l. 5. pr. C. de Recept. arbitr. Si autem per stipulationem compromissum sit, mox ex illa competit actio ad laudum implendum vel ad interesse præstandum, si pœna stipulata sit, ad illam solvendam, instituitur. l. 27. §. 2. & fin. ff. de Recept. qui arbitr. Lauterb. d. tit. ff. vers. compelluntur ibiq; Stryk. verb. ad boni viri arbitrium & ad verb. approbat. Si pœna stipulata sit salvo laudo, tunc præter pœnam ad implendum laudum rectè agitur Gail. 1. O. 150. n. 13. Cum ergò jure canonico, de quo in §. l. h. c. & moribus nostris ex pacto nudo valida competat actio, istudque vim & effectum stipulationis habeat, partes litigantes & hodie ante lapsum decendii ad parendum huic laudo, vel ad interesse præstandum compelli possunt. Lauterb. in Tr. Synopt. de arbitr. compromiss. th. 41. n. 5. Lynker. Diss. de compromiss. aph. 29. & 41. Dn. Stryk. U. M. ff. De recept. qui arbitr. §. 2. & II. & ad Lauterb. d. l. nam appellari nec hodie potest, utpote, quod permissum saltem à sententia vi jurisdictionis lata l. 1. C. de recept. arbitr. l. 27. §. 2. ff. eod. Carpz. P. 1. C. 1. D. 13. n. 7. Gail. 1. O. 1. n. 49. Inde rectè Dn. Lauterbachius docet, non convenire arbitris dicere: mit Urtheil zu Recht erkannt d. Tr. Synopt. de Arbitr. th. 37. sed hancce formulam, in qua non sit mentio eines Urtheils/ apud Meilchne-
rum

- rum Tom. 1. Dec. II. reperimus: Laudicen/erkennen und sprechen Obmann und Zusähe/mit ihren willkührlichen Spruch zu Recht / daß die Antworter von diesen Klage Puncten zu absolviren / wie Sie auch dieselbe htemit absolviren / compensatis expensis: Si
- 28 tamen enormissima læsio probari possit, omninò remedium *l. 2. C. De Rescind. Vendit.* hodie conceditur, utpote quod in foro etiam admittitur contra transactionem B.Stryk. *ad Lauterb. tit. ff. de Transact. verb. lesionem & U. M. ff. de Transact. §. 22.* Carpz. *P. 2. C. 34. Def. 1. & 4.* Richter. *p. 2. Decis. 99. n. 34. seqq.* cujus jure itidem compromissum gaudet *arg. cap. 9. X. De Arbitr. add. R. J. de anno 1794. §.* So ordnen nud wollen wir 6; & Stryk.
- 29 *U. M. ff. de Recept. §. 10* Etiam laudum impugnari potest, quando in compromisso partes sibi reservarunt querelam iniquitatis Mynsing *Cent. 4 O. 68.* est enim in arbitrio compromittentium vim laudi restringere, Stryk. *ad Lauterb. tit. ff. de Recept. in fin. verb. sibi reservarunt.*
- 30 §. IV. De compromisso porrò legitur, quod olim quidem jure civili istud juramento potuerit firmari, ne perfidis hominibus concederetur licentia definitionem arbitri eludere *l. 4. C. de Recept. arbitr.* Istud autem juramentum prohibuerit Justinianus, ut evitaret occasionem perjurii *Novell. 81. c. 11. §. 1. auth.*
- 31 *Decernit. C. de Recept. arbitr.* Jure tamen Canonico tale juramentum admittitur *c. 2. & 9. X. de arbitr.* Cum enim ejusmodi negotium per se justum, etiam juramento firmari potest, licet jure Civili tale juramentum, quod contra leges præstitum, sit ipso jure nullum *l. 1. C. de LL.* Etiam hodie jurata compromissa
- 32 admitti

admitti, caret dubio, cum in materia juramenti sequamur jus Canonicum Lauterb. *tit. ff. de Recept. ibiq.* Stryk. *verb. jus Canonicum Struv. Exerc. 3. th. 101.* Molin. *De J. & J. Tr. 5. Diss. 36.* quo casu ergo non requisitâ homologatione peti potest executio sententiæ, nec iste, qui juravit, ab hac obligatione, quantumvis facti sit, præstando interessè se liberare potest *c. 6. X. de Voi. Gometz. Fem. 2. Resol: c. 2. n. 20. Dn. Lynk. in Diss. de Compromiss. aphor. 30.*

§ V. Quando per Compromissum plures simpliciter constituti arbitri, tunc de jure civili non valet laudum illorum, si ex istis pluribus aliqui reliquis absentibus pronunciaverint *l. 7. § 1. & l. 17. § 2. & fin. ff. de Recept. qui arbitr. recip.* quia præsentia absentis potuisset trahere cæteros in suas partes *d. l. 17. licet.* etiam absens fuerit citatus *l. 3. §. 1. l. seq. ff. eod.* nam adigendus potius per Prætorem fuisset absens ad comparandum, prætor siquidem arbitrum potest compellere vel multæ dictione vel pignorum captione, ut officium semel susceptum expediat, & sententiâ suâ controversiæ finem imponat *l. 3. §. 1. l. 32. §. 12. ff. de Recept. qui arbitr. nisi justam habeat excusationem l. 9. §. 4. l. 15. & 16. ff. eod.* Simile dispositum in jure legitimis, quando certus numerus judicum ad causam fuit constitutus, qui pariter omnes adesse debent *l. 39. ff. De Rejudic. l. 18. ff. De Recept. qui arbitr.* quia omnes judicare jussi *d. l. 39.* inde unius absentia sententiam latam reddit nullam *l. 4. C. Quando provoc. non est necess.* Idem de Judicibus proponit jus Canonicum *c. ult. de arbitr. in 6. verum ratione arbitratorum* discedit istud jus à jure civili; utpote ex quo valet laudum à majori parte præsentium

- um arbitrorum latum, dum tamen absentes per præsentés prius fuerint citati : *d. Cap. ult.* ubi ratio additur, ne lites five quæstiones propter arbitrorum quorundam voluntariam vel malitiosam absentiam maneant indecisæ, ideo absens habeatur pro præsentē :
- 39 In *praxi* sequimur jus civile, quando plures arbitri *copulativè* sunt constituti, quod præjudicio firmat. *Carpz. p. 1. C. 1. Def. 14. Stryk. Differ. jur. Civ. Canon. Sect. 2. Diff. 3.* Nec obstat, quod contumax habeatur pro præsentē, *Auth. quâ in provincia. vers. sed si non ipse C. Ubi de Crim. agi. oport.* Nam hoc procedit, quando agitur de præjudicio contumacis, non verò alterius, cui aliena contumacia nocere non debet, adeò, ut ne quidem volens tertius illud ratificare possit, quod à reliquis pronunciatum est. *Carocius De Remed. contr. Sent. præjud. Exc. 129. n. 191. Lynker. d. Dissp. De Compromiss. aphor. 39.* Si autem alternativè plures constituti, ut scilicet vel omnes, vel unus ex illis arbitrium ferat, tunc etiam jure Civili sententia istius valet, qui eam prius dixit *l. 8 l. 17. §. 4. ff. de Recept. qui arbitr. Lauterb. d. tit. ff. ibique Stryk. verb. alternativè Lynk. ad Decretal. tit. De Arbitr. §. 3.* Quod & factum
- 42 videtur, si sint constituti cum clausula : *Si non omnes* h. e. ut uno vel altero impedito reliqui nihilominus procedant. *Mev. part. 4. Dec. 152. n. 4.* modus enim arbitrandi dependet ex arbitrio compromittentium *Dn. Stryk. ad Lauterb. d. l.*
- VI. Restat quæstio, num compromitti possit in
- 43 judicem, ad cujus cognitionem causa ordinario jure pertinet? Valde hac de re controversatur inter *DD.* mihi placet sententia illorum, qui in judicem, ad quem

quem causa controversa ordinario jure non pertinet,
 & de jure Canonico c. 5. X. De Arbitr. & jure civili l. 3.
 & 4. ff. de Recept. omnino compromitti posse asserunt,
 quamvis tamen eo casu magistratus major compro-
 missum suscipiens ad laudum cogi jure Civili non 44
 potuerit, omnino autem inferior per d. LL. inde pri-
 us compromissum minus plenum, posterius plenum
 à DD. dicitur. Schilter. ad ff. Exerc. 12. th. 3. Lyncker.
 Diss. de Compromiss. aphor. 15. Ubi autem causa contro-
 versa ad ipsum judicem pertinet, tunc non quidem ju- 45
 re civili in illum compromitti potest l. 9. §. 2. ff. de
 Recept. l. 4. ff. de Tut. & Curat. dat. Cujus ratio est, 46
 quia si partes laudo stare noluerint, judex ordina-
 rius erat adeundus, Nov. 82. c. 11. §. 1. Auth. Decernit. C.
 de Recept. arbitr. l. 5. C. eod. jam ille, qui arbiter fuit,
 amplius judicare nequit, nec regeri potest, quod sal-
 vus sit regressus ad superiorem, nam ejusmodi saltum
 Judex ordinarius non facile admittit, inde ejusmodi
 compromissum non suscipit, qui enim habet jus per-
 fectum & superius, in eadem re non acquirit jus infe-
 rius: Omnino tamen Jure Canonico tale compro- 47
 missum valet, sive Judex ordinariam sive delegatam
 habeat jurisdictionem c. 10. X. De Arbitr. c. 14. X. De
 Prasumpt. c. 21. X. De Prabend. Brunnem. ad d. l. 9.
 n. 3. in fin. Hermann. Sembke / Diss. de Laudo, th. 5. Lyn-
 kius in Comment. ad Decret. tit. de Arbitr. §. 1. Hocce
 posterius jus usus fori approbat teste Mevio, part. 1 48
 Dec. 98. quale compromissum tamen non tam ratione
 jurisdictionis, quam ratione processus utile est, ut co-
 arctetur modus procedendi, ideoque judex arbiter
 electus juxta compromissum quidem seu formam &
 modum in compromisso praescriptum, verum non ex
 C com-

compromisso, sed vi competentis jurisdictionis hodie
 49 judicat, inde ab istius sententia, si nondum in rem
 judicatam abierit, appellare licet: Lauterb. *De Arbitr.*
th. 21. Brunnem *ad d. l. 9.* B. Stryk. *ad Lauterb. tit. de*
Recept. verb. mutatum & U. M. ff. eod. §. 5. Lynker. *Disp.*
 50 *De Compromiss. aphor. 15.* Nisi appellationi in specie re-
 nunciatum Mev. *d. Dec. 98.* Cum enim partes plane à
 judicio possint recedere §. *ult. J. de perpet. & temp. act.*
 cessat ratio, cur ad evitandas processus ambages sim-
 plici Magistratus arbitrio se partes submittere neque-
 51 ant! Stryk. *U. M. ff. d. l. §. 4.* Ita etiam, quando
 in Camera per modum compromissi pronunciatum,
 revisionem competere, quando enormissima est læsio,
 expressis verbis traditur in R. J. de anno 1594. §. *So*
ordnen und wollen wir. 6r.

§. VII. Aliud exemplum pacti nudi occur-
 52 rit in transactione, in qua si aliquid promissum, re-
 us tamen istud præstare recuset, tunc non quidem
 53 actio adversus illum ex transactione, quæ nudo pacto
 facta, potest institui, quia ex isto jure civili non
 54 datur actio, pristina tamen actio, contra illum rectè
 instituitur, & si reus opponere velit exceptionem
 transactionis, ista replicatione doli, vel in factum
 elidi potest l. 28. *C. de Transact. l. 27. ff. de in-*
offic. testam. l. fin. C. Si adversus transact. Brun-
 55 nem: *ad d. l. 28. Cod. Lauterb. tit. ff. de trans-*
act. in fin. si tamen stipulatione, aut intervenien-
 te contractu innominato sit inita transactio, actio-
 nem ad exigendum promissum competere evidens est
 56 l. 6. & 33. *C. de Transact.* Requiritur autem ad ejus-
 modi transactionem de jure Romano, ut sit de re dubia
 l. *ff.*

l. 1. ff. de transact. de rebus enim certis fieri nequit *l. 22.*
§. 1. ff. de condict. indeb. l. 32. C. de transact. Quamvis 57
 quædam lites dubiæ exceptæ, quæ prorsus non admit-
 tunt transactionem, quorsum spectant (1) relicta in 58
 testamentis, illis nondum inspectis *l. 6. ff. de transact.*
 ne hæres, occultato testatoris testamento, minus esse
 relictum asserendo, impium lucrum capet & ultimum
 testatoris elogium subvertat: Stryk. *De J. S. D. 1. c. 3.*
§. 25. Nec partes huic inspectioni renunciare possunt, 59
 juri siquidem prohibitivo renunciari fas non est *arg. L.*
5. C. de LL. ita, ut nec juramentum jure civili sufficiat,
 quia lege resistente juramenti nulla vis est *d. l. 5. C. de LL.*
Zesl. ad ff. de Transact. n. 20. Lauterb. eod. tit. pag. m. 54. fin.
 (2) huc spectant alimenta futura in testamento legata 60
 sine prætoris cognitione & decreto *L. 8. ff. de Transact.* ne
 homines tenuous, quibus alimenta legari solent, negle-
 ctis futuris præsentem oblatam pecuniæ summam præ-
 ferant, & postea egeant contra piam testatoris inten-
 tionem, qui propterea particulatim alimenta singu-
 lis annis præstari maluit Brunnem. *ad d. l. 8. n. 1.* Inde
 licet legatarius huic legi juratò renunciare vellet, in- 61
 valida tamen de jure Romano maneret transactio,
 cum istiusmodi renunciatio contra expressam legem,
 pugnet, *l. 5. C. de LL.* Valet tamen transactio sine
 decreto Magistratus, quando (a) conditio alimen- 62
 torum per transactionem fit melior, ut si quis de præ-
 standis singulis annis alimentis transigat, ut in men-
 ses distribuantur *l. 8. §. 6. ff. De transact.* ibique Brun-
 nem. *n. 8.* aut (b) inter vivos sunt promissa *d. l. 8. §. 1.* 63
in fin. cum ita nil fiat contra piam defuncti volunta-
 tem Struv. *Ex. 6. sh. 58.* aut (c) transactio est de ali- 64
 mentis

mentis præteritis, quæ proprie non sunt alimenta,
 cum vita aliunde fuerit sustentata, nec in præteritum
 65 vivamus, Brunnem *ad Wes. h. qv. 20.* addunt (d) quan-
 do gratis remittuntur alimenta futura. Lauterb. *tit. ff.*
de transact. p. m. 55. pr. Struv. *h. t. th. 58.* Vinn. *de trans-*
act. c. 6. v. f. ast nec pactum istiusmodi subsistere sine
 decreto magistratus, accuratius docet Stryk. *U. M. ff.*
de Transact. §. 11. quia legatarius deteriozem alimen-
 torum conditionem facere non debet, *d. l. 8. §. 6. ff.*
 66 *cod.* Porò (3) illuc referuntur delicta publica non ca-
 pitalia, de quibus itidem transigere non licet *l. 18. C.*
de Transact. De facto si transigant litigantes, accusator
 67 præsumitur committere falsum *d. l. 18. C.* & incidit in
 Sctum Turpillianum, sicque fit infamis, nec accusatio
 ita tollitur. Stryk. *de Caut. Contract. Sect. 3. c. 7. §. 14.*
 Reus habetur pro convicto, & itidem fit infamis, vi-
 detur enim actorem corrumpere & actor iudicium
 publicum nundinari & vendere Wefenbec. *tit. ff. De*
 68 *Transact. N. 5.* In delictis privatis actor quidem impu-
 ne transigit & actio civiliter instituta expirat *l. 17. §. 1.*
 69 *ff. De pact.* Reus autem in tali delicto infamante, ut in
 furto, rapina & injuria, infamis redditur *l. 4. §. ult. ff.*
De His, qui not. infam. De delictis tamen publicis præ-
 70 teritis capitalibus, quorum poena est ultimum suppli-
 cium tam ante, quam post litem contestatam jure
 Romano transigere licet *l. 18. C. de Transact.* Dn. Ni-
 col. Schütte *in Diss. de Transact. th. 33.* Illustris Dn. Coth-
 mann *in Diss. de Transact. them. 57.* Ratio petitur ex
l. 1. §. 1. ff. De bon. illor. qui ante sent. quod ignoscendum
 fit illi, qui sanguinem suum qualitercunqve redemptum
 cupit, i. e. qui se ab ignominia processus, & dubio eju-
 eventu

eventu (ubi sæpius mediante tortura innocens ad sup-
 plicium potest rapi) liberare voluit, Dn. Stryk. *ad*
Lauterb. de Transact. verb. permissa est transactio, inde
 nec accusator transigens in poenam incidit, licet aboli- 71
 tionem non impetraverit, nec reus fit infamis, aut
 pro confesso habetur. Lauterb. *tit. ff. de Transact. vers.*
de Delictis, p. m. 55. Stryk. *U. M. ff. eod. §. 12.* Dn. Schutte
d. Disp. th. 12. Idem dicerem de delictis privatis, quan-
 do capitale supplium imminet, cum sic eadem adfit
 ratio, quæ in criminibus publicis. Dn. Stryk. *ad Lauterb.*
d. tit. verb. transigere licet. Brunnem. *ad L. 1. ff. de his, qui*
not. in fam. n. 2. à quibus tamen excipitur adulterium 72
in d. l. 18. C. ne maritus pretium pro injuria accipiendo
lenocinii crimen exercuisse videatur Dn. Schütte *d.*
disp. th. 36. Dn. Stryk. *U. M. ff. de Transact. §. 13.* Cui
 adderem crimen perduellionis *arg. L. 3. C. Ad L. Jul.* 73
Majest. Dn. Brunnem. *ad d. L. 18. C. n. 10.* quamvis
 differentiat illustris Dn. Ernst. Cothm. *d. disp. de Transact.*
them. 63.

VIII. Jure Canonico quamvis nudo pacto inita fit 74
 transactio, ex ista tamen ad promissum præstandū com-
 petere actionem jam ex §. 1. *h. cap.* patet: Et quando (1)
 transactio facta super relictis in testamento non inspectis
 tabulis & juratò renunciatum est exceptioni non co- 75
 gniti tenoris ultimæ voluntatis, ista renunciatio omnino
 valet, licet Jure Civili nulla, quia hoc juramentum sine
 dispendio salutis æternæ potest servari *c. cum contingat.*
X. de Jurej. c. quamvis. de pact. in 6. Lauterb. *tit. de Transact.*
vers. Objectum. Br. *ad L. 6. ff. eod.* Vinn. *ad tit. de trans-*
act. Cap. 5. n. 8. Eodem jure (2) permissa est transactio 76
 super

- super alimentis in testamento relictis sine cognitione & decreto prætoris, quando accedit Juramentum, quia & istud sine iactura salutis æternæ servari potest *d. c. quavis de Pact. in 6. Bruñem. ad d. l. 3. ff. de Transact. n. 11.* Modo vitæ subsidia alimentatoria salva maneant, Stryk. *ad Lauterb. eod. tit. verb. accesserit. Zæs. ad ff. eod.*
- 77 n. 10. Porro (3) eodem jure de nullo crimine licet transigere, quia nullum delictum illud jus capitaliter
- 78 punit. *c. 34. caus. 23. q. 8. c. 1. 2. & 3. X. de His, qui filios occid. Andr. Vallens. in paratit. Decretal. Lib. 5. Tit. 12. n. 9. in fin. Stryk. Diff. Jur. Civil. & Can. Sect. 2. Diff. fer. 19. Rittersh. Differ. Jur. Civ. & Can. Lib. 6. c. 5. fin.* De Jure Canonico enim pœna saltem est excommunicatio, nisi quis pœnitentiæ satisfactione ejusmodi delictum commissum diluerit *c. itaque 20. caus. 24. q. 3.* etiam depositio ab ordine quocunque, si sit clericus, & post depositionem detrusio in Carcerem ad tempus, veluti quinquennium vel sexennium *cap. sicut dignum in fin. X. de Homicid.* Insuper homicida voluntarius privandus est beneficiis suis *c. 1. & 2. in fin. X. de Cleric. pu-*
- 79 *quantibus in duello.* Ratio autem, quare pœna mortis eo jure in delictis capitalibus locum non habeat, allegatur hæc, quia DEUS non diligit mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat: *Conf. Ritterh. d. l.*
- 80 §. IX. Quod concernit usum forensẽ hujus transactionis, ex ista nudo pacto inita competere conditionem ex moribus ad exigendum promissum, omni caret dubio. *Lauterb. tit. ff. de Transact. in fin.* ibique Stryk. *verb. datur actio:* Etiam evidens est, istam non duntaxat de re dubia fieri posse, sed illam etiam
- 81 de re certa, v. g. de re judicata, jurejurando decisa, fa.

tactam vi pacti sustineri, cum eadem hodie obligan-
 di vis pacto insit, quæ transactioni Dn. Stryk. *in Caus.
 Contr. Sect. 3. c. 7. §. 2. seqq. & in U. M. ff. tit. de Transact. §.*
 7. Porrò quando (1) Transactio fit super relictis in 82
 testamento ante inspectas tabulas & juramento confir-
 matur, aut inspectioni jurato renunciatur, tunc,
 licet non jure Civili, hodie tamen ista transactio su-
 stinetur, quia in materia juramentorum dispositio ju-
 ris Canonici præfertur Lauterb. *tit. ff. de Transact.*
Vinn. de Transact. c. 5. n. 8. Stryk. U. M. ff. eod. §. 10.
 Istudque procedit sive relictæ sint in testamento scripto, 83
 sive nuncupativo, & dein super illis mediante jura-
 mento transactum, non visis tabulis, cum eadem
 in utroque juramenti est ratio, quamvis jure Romano
 ante inspectionem, quando nuncupativum in Scri-
 pturam est redactum, aut antequam examinati sint
 testes, transactio ejusmodi non valeat Brunnem: *ad*
L. 6. ff. eod. Occurrit adhuc dubium, quod ex multo 84
 Ddrum: sententia in testamento relictæ per pa-
 ctum gratuitum in totum sine juramento remitti pos-
 sint, Vinn. *de Transact. cap. 5. Lauterb. tit. ff. eod. p.*
m. 54. fin. Borcholt. De Transact. c. 5. n. 20. Struv. Exerc.
6. th. 57. Adeoque multo magis hodie per transactio-
 nem *vi pacti* relictis in testamento renunciari poterit
 sine juramento; Cum ita tantum remissio fiat pro
 parte: Ast respondet Bacchov. *de Transact. c. 2. n. 5.*
 quod iste, qui ultro per pactum gratuitum omnia
 remittit, nil habere velle præsumatur, secus qui
 transigit, qui cum aliquid habere velit, deceptus
 dicatur, accipiens fortè minimum pro magna sum-
 ma non visis tabulis: Hanc autem responsonem
 in dubium vocat Dn. Stryk. *U. M. ff. de Transact. §. 10. &*
ad

ad Lauterb. eod. sit. verb. Valet, nec non Dn. Brun. ad l. 6. ff. eod. cum & iste, qui pacto totum remittit, forte existimet, parum sibi in testamento relictum esse, non remissurus, si majorem quantitatem scivisset, adeoq; verius esse, nec ejusmodi pactum gratuitum sine juramento subsistere posse, autumat Dn. Stryk. *all. loc. in fin.* Præterea (2) hodie æque ac jure Romano transactio de futuris alimentis in ultima voluntate relictis, demum valida, quando autore prætorum facta, ita ut cognitio & decretum magistratus conjunctim accedat L. 8. pr. §. 17. ff. De Transact. pro legis enim observantia præsumendum, donec probetur contrarium, inde Facultatem Viadrinam anno 1644. irritam declarasse transactionem ejusmodi à Vidua contractam ob defectum præviæ causæ cognitionis, licet Magistratus decreto confirmata fuerit, tradit Brunnem ad d. l. L. 8. n. 11. Qui itidem erudite exponit d. l. n. 13. quomodo à Magistratu cognitio instituenda sit: Si tamen juramento confirmetur ista transactio, præferatur in foro jus Canonicum in §. preced. allegatum, sicque nulla cognitione, nullo decreto opus Brunnem. d. l. n. 12. Zoës; tit. ff. De Transact. n. 19. Struy: Exerc. 6. th. 58. Lauterb: sit. ff. eod. pag. m. 55. pr. Vinn: de Transact. c. 6. n. 16. Stryk. U. M. ff. eod. §. 11. siquidem prohibitio dictæ legis octavæ non facta ob turpitudinem naturalem, sed privati utilitatem, Brunnem. 88 ad d. l. n. 11. Restat (3) Transactio de delictis, quæ si de delictis non capitalibus publicis aut privatis facta, sequimur in foro jus Civile, sicque in utroque delicto reus transigens fit infamis L. 18. C. de Transact. l. 4. §. ult. ff. De His qui not. infam. Stryk. U. M. ff. de Transact. §. 19.



§ 19. Accusatorem autem, qui transigendo desistit ab
 accusatione delicti publici, hodie non in pœnam 89
 Senatusconsulti Turpilliani amplius incidere, sicque
 pœnam infamiae à parte accusatoris cessare, docet
 Wesenbec. *ad tit. ff. Ad Sctum Turpill. §. 3.* & responsio
 quodam corroborat, Dn. Schilter. *Exerc. 49. ff. §. 17.*
 Reus etiam in famosis delictis pecuniariis infamiae
 notam effugit, quando (â) autoritate Magistratus 90
 transigit *L. 6 §. 3. ff. De His, qui notant, infam. Dn.*
 Stryk. *d. l. §. 19.* Hahn, *ad Wesenbec, De Transact. N. 5.*
 Echolt. *tit. ff. De his, qui not: infam. §. 14.* Contra le-
 ges enim factum dici nequit, quod jussu Prætoris
 factum, quo casu hoc addidisse, consultum est:
 Daß er bloß aus schuldigen respect gegen den Herren
 Richter die vorgeschlagene Güte angenommen/ und
 folgenden Transact: beliebet: Stryk: *in Caus: Contract:*
sect. 3. c. 7. §. 13. imo aliquando etiam judicem 91
 compellere posse partes, præsertim, ut super inju-
 riis, transigent, docet Mey: *p. 1. Dec. 224.* (b) quando 92
 tertius à reo mandatum non habens, videns tamen,
 amici famam ex accusatione imminente periclitari,
 pro isto transigit & offenso satisfacit, delinquens enim
 tunc infamis fieri non potest, ubi non condemnatus,
 nec transigit, & ille tertius non de suo, sed alieno
 delicto transigit *L. 4. §. 4. l. 14. ff. de his, qui not: infam.*
 Stryk. *ad Lauterb. tit. de Transact. verb: notatur & fusi-*
us in CC. Sect: 3. c. 7. §. 12. (c) pactio etiam gratuita 93
 super talibus delictis licita est, nec præsumtionem con-
 fessionis inducit, sed demum ex datione alicujus ori-
 tur *L. 6. §. 3. ff. De his, qui not: infam:* quod idem in
 injuriis hodie obtinere, ut pactum quidem gratuitum
 D vale

- valeat, transactio non valeat, testatur *Mev. p. 1. Dec.*
- 94 223 n. 10. *Gail. 2. O. 102. n. 15.* Quod concernit transactionem de crimine capitali, jus civile, non jus Canonicum, quod nullum delictum capitaliter punit, hodie in foro attendimus *Stryk. Different: j. civ: & Canon: Sect. 2. Diff: 19.* nec ratio, quæ pro isto jure in fine §. præced. est allegata, aliquid ponderis habet, siquidem sententia *Ezechielis c. 18. v. 23. & c. 23. v. 11.* quod DEUS non diligit mortem peccatoris, de morte æterna, non temporali accipienda, quia & hoc in divinis scriptum est literis, Magistratum non frustra gestare gladium, sed ad vindictam nocentium *Roman: 13. v. 4.* & DEUS præcepit per Moysen *Deutern: c. 19. vers. 13. & 19.* Auferes malum de medio populi *add. Genes: c. 9. v. 6. Levit: c. 24. v. 21.* Omnino ergo pœna capitalis pro ratione delicti hodie statueda, permixtum tamen hodie æque ac jure Civili per
- 96 *d. l. 18. C. de Transact:* transigere de crimine capitali eo effectu, ut nec transigens amplius ad interesse privatam agat, nec publicum interesse ulterius persequi queat, nec alter pro confesso habeatur. *Stryk. U. M. ff. de Transact. §. 12.* Quæ autem transactio, licet licita sit, occasionem tamen inquirendi suppeditat judici, num ex justa & rationabili causa transactio facta sit, num minus, *Brunnem: process. inquisit. cap. 4. n. 38. Carpz: prax. Crim: quest. 121. n. 60.* pacta enim privatorum publico derogare non possunt. *L. 45. S.*
- 98 *ult. ff. de R. J. l. 39. ff. de pact:* Inde, non obstante transactione, tum aliis accusare, tum judici per modum inquisitionis procedere integrum, quando ergo emergunt multa alia argumenta, quibus transigens con-

convinci potest, occurrit dubium, num ordinaria 99
 pœna dictanda, num propter transactionem factam
 ista mitiganda? posterius indistincte urgent Vir-
 gil. Pingitz q. 4. n. 6. Aliique; Prius tamen regu-
 lariter amplectendum, rectissime docet Brunne:
process. inquisit. cap. 9. n. 64. & præjudicio de homicidio
 Dn. Stryk, *U. M. ff. de Transact. §. 12.* De Rapina Dn.
 Carpzov. *prax. Crim. qu. 90. n. 61.* corroborant, in-
 teresse enim privatum, cui per transactionem satis-
 factum, non potest præjudicare interesse publico, cui
 non nisi per sanguinem in istiusmodi delictis satisfieri
 potest: Si tamen (1) ejusmodi delictum commissum, 100
 ubi damnum datum per satisfactionem privato præ-
 stitam reparari potest, quale est furtum juxta Const.
 Crimin. Carol. *artic. 160. ibi* Wie schädlich dem Be-
 schädigten der Diebstahl seyn mag / tunc propter
 transactionem antea factam laquei pœnam esse miti-
 gandam communiter docent; Stryk: *U. M. ff. de Trans-
 act. §. 12.* & in *Notis ad Lauterb. d. tit. verb. Similibus*
 præjudiciis variis firmat Carpz. *prax. Crim. qu. 148.*
n. 30. seqq. Qui itidem (2) per transactionem cum 101
 ipso Magistratu superiore, cui jus aggratiandi com-
 petit, factam, delicti pœnam corporalem tolli vel
 mitigari posse, fusè exponit. *d. l. n. 15. seqq.*

6. X. A Transactione, quæ de crimine 102
 capitali permessa, æque hodie ac jure Civili per *d. 112.*
C. de Transact. exemptum est adulterium, licet mo-
 ribus transactionem ejusmodi permissam statuunt. 103
 Carpz; *pr. Crim. qu. 55. n. 14.* Heig; *p. 2. qu. 29. n. 8.*
 Richter: *ad d. l. 18. C.* nam observantiam istam non
 probant laudati viri, potius confundunt transactio-
 nem

- 104 nem, quæ sit accepta pecunia l. 38. C. de Transact. cum gratuita remissione Molin: Tr. 2 Disput. 56. n. 11. Brun:
- 105 ad d. l. 18. C. de Transact. n. 8. quæ posterior permiffa operatur in praxi, conjugi nocenti in honorem matrimonii ordinariam remitti pœnam, eamque com-
- 106 mutari in relegationem, ubi tamen remittens alterum in exilium sequi debet, tum ad evitauda scandula, tum, ne per relegationem nocentis, manente innocente in priori loco, reapse ita dissolveretur matrimonium, in cujus gratiam saltem pœna ordinaria remiffa. Dn. Stryk. ad Lauterb. tit. ff. de Transact. verb. adulterio, Dn. Struv. in Disp. de Venere illicita cap. 1. th. 12. Carpzov. pr. Crim. q. 55. n. 4. seqq. Qui tamen
- 107 in Electoratu Saxonie intercessionem conjugis in duplicato adulterio mitigationem pœnæ non operari tradit n. 109. vid. etiam Stryk. U. M. ff. de Transact. §. 16. ibique allegat. Brun. De Process. inquis. c. 9. n. 33. Con-
- 108 donatio autẽ adulterii non tantum expresse fieri potest sed etiam tacite ex eo colligitur, quando post delictum maritus, id sciens, uxorem carnaliter cognoscit, vel uxor maritum adulterum ad copulam carnalem admittit. *Gilhausen in Arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 18. n. 4.* Dn. Struv. d. l. Carpz. d. l. n. 40. Præsumunt etiam DD. remissionem conjugis mortuo, & propterea tantum relegationis pœnam adultero post mortem conjugis dicitant. Struv. Exerc. 48. h. 33. *Gilhausen d. l. n. 32.* Carpz. d. l. n. 50. Quando ita remiffio conjugis facta, quæritur, an etiam ista adulterii correo profit? quod recte negatur v. g. Si juvenis cum Sempronii uxore rem habuerit & à Sempronio huic remiffio facta sit, tunc nullum fructum quoad mitigatio.

gationem pœnæ inde sentit juvenis, nam hac remissione non tollitur malum, quod per juvenem illatum, etiam ratio remissionis, quæ circa intercessionem pro uxore communiter allegari solet, quod nempe variis lenociniis uxor à juvene illecta, juvenem magis gravat. Brunnem. *process. inquis. cap. 9. n. 36. in fin.* Struv. *d. disput. cap. 1. §. 13.* Stryk. *U. M. ff. De Transact. §. 15.* Sicque in Facultate Juridica Rostochienſi toties pronunciatum esse, meminit Dn: Præses. Etiam in Electoratu Saxonix istud observari ex Constitutione Electorali probat Carpz. *pr. Crim. qv. 55. n. 121.* extra illum autem præxis Saxonica fert, remissionem de adulterio uxori factam proficere etiam ipsi adultero ad mitiorem pœnam. Carpzov. *d. q. 55. n. 122. seqq.* ubi magno Doctorum cumulo, variisque id corroborat præjudiciis.

§. XI. Exemplum pacti nudi etiam est pactum successorium, utpote quod est conventio de hæreditate viventis Hahn. *de jur. Rev. c. 7. Concl. 68. n. 2.* qualis conventionis vox ceu generalis includit hic pacta nuda *L. ult. C. de pact.* pacta adjecta *L. 15. C. eod.* pacta legitima v. g. donationem, & alium quemvis contractum de hæreditate viventis, nam & iste eandem cum pactis nudis in jure Romano habet decisionem *p. d. l. ult. C. vers. pactaque inter illos: & vers. sed nobis nec non vers. jubemus: L. 61. ff. de V. O.* Hæc pacta successoria à variis variè dividuntur. Conferantur Dn. Struv. *Jur. pr. Roman. Germ. lib. 2. tit. 34. §. 1. seqq.* Dn. Stryk. *De Success. ab intest. Diss. 8. c. 1. §. 10.* Conferantur cum Dn. Lauterbach. *tit. ff. de pact.* dividi possunt in affirmativum, quod fit de succedendo & nega-

- negativum, quod est de non succedendo, & ab alijs dicitur renunciativum, quia eo renunciamus hæreditati: *Affirmativum* respicit vel hæreditatem
- 116 Tertii, vel ipsorum paciscentium: *Præius* & jure Civili & Canonico valet, quando est de successione *Tertii incerti*, v. g. quando Societas contrahitur, quod hæreditas, quæ alterutri Sociorum obvenerit, communis esse debeat. *l. 3. §. 2. l. 27. ff. Pro Socio §. 4. Et eod. c. ne captanda. 3. De Concess. præbend. in 6to.* Hic
- 117 enim cessat turpe captandæ mortis votum, dum omnia dubio fortunæ eventui committuntur, nisi verosimiliter constet, ejusmodi pactum contemplatione certæ personæ, mentione istius dolosè ommissa, in fraudem legis factum, ita enim nullum foret. *Struv. Ex. 32. ib. 49. Hahn. d. l. Concl. 78. n. 9. fin.*
- 118 Quando autem ejusmodi pactum de successione *tertii certi* absque istius consensu initum, tunc jure Romano nullum & invalidum *L. ult. C. de Pact. l. 29 §. ult. ff. Donat.* in qua posteriori lege proponitur donatio bonorum tertii viventis & ignorantis à proximo
- 119 cognato facta & declaratur irrita: Additur *ratio*, quia est contra bonos mores, dum ejusmodi pactum improbam sollicitudinem de bonis alterius ignorantis & votum captandæ mortis involvit, quod jura ob ignorantiam tertii & defectum consensus periculofum ac cum tristi eventu conjunctum præsumunt, *d. l. ult. C. de Pact. ibi: Odiosa & plena tristissimi & periculosi eventus.* Inde nec juramento firmatum consistit, istud enim actui prohibito additum potestate legis una cum ipso annullatur *L. 5. C. de LL. Brunnem. ad d. l. n. 10. Jerem. Setzer de juram. L. 1. C. 26. n. 12. seqq.*
- 120 Imò & ipsi paciscentes, quia illicitum inierunt pactum,
- 121 pri-

privatione hæreditatis, quam Fiscus sibi vindicat
 plectuntur *d. l. 29. §. ult. l. 30. ff. De Donat. l. 7. §. ult. ff.*
De His, qua ut indign. Brunneri. ad L. ult. C. de pactis n. 12.
 Hahn. *De Jur. Rer. Concl. 78. n. 16.* Klock. *Tomo 3. Con-* 123
sil. 122. n. 48 seqq. Quæ omnia autem secus se habent
 quando accessit consensus tertii, sicque in ea volun-
 tate ad mortem perseverat, ita enim pactum validum
 per *d. l. fin. C. de Pact. vers. nisi ipse forte.* Reddit ergo
 ejusmodi consensus tertii pactum quidem statim ju-
 stum, validum autem saltem sub conditione, si paci-
 fcentes ab isto tertio ad hereditatem vocentur, tertius
 enim pœnitere & voluntatem revocare potest, per *d. l.* 124
ult. verb. & quia: Sicque pactum fit invalidum &
 statim corrumpit *Mev. p. 3. Dec. 271. n. 3.* licet tertius eti-
 am jurato consenserit in tale pactum, consensum ta- 125
 men revocare poterit *Nicol. Bœer Decis. 204. n. 20.*
Dauth. ad d. l. ult. C. n. 121. ampl. 8. Juramentum enim
 eandem tacitam conditionem in se habet, quam con-
 sensus interpositus *L. fin. C. De Non num. pecun.*
 §. XII. Hactenus de pacto affirmativo, 126
 quod respicit hæreditatem tertii, respiciens autem
 hæreditatem paciscentium est vel acquisitivum vel con-
 servativum. Prius est conventio de ipsorummet 127
 paciscentium vel alterius tantum vel utriusque hæ-
 reditate, sibi vel aliis acquirenda. Quorsum pertinet 128
 unio prolium, pactum successorium inter conjuges,
 Confraternitates Principum, aliaque, quæ singula fuse
 jam exposuit *Dn. Stryk. de Cautel. Contract. Sect. 3. cap.*
6. §. 10. seqq. Et de *Success. ab intest. Disp. 8. cap. 5. 6. 7.*
 & 8. add. *Struv. Exerc. 38. ib. 47.* Ejusmodi pacta ju- 129
 re Civili nulla & invalida sunt, sive nudo pacto *l. 15.*
& l. 19.

- Gl. 19. C. de Pact.* five mediante contractu fiant, l. 52. § 9. ff. Pro Socio. l. 34. C. de Transact. inde nec stipulatio de futura successione stringit l. 4. C. de Inutil. stipulat. ac perinde num pactum successorium per modum contractus num per modum ultimæ voluntatis fiat, d. l. 52. §. 9. ff. pro socio Hartm. Pistor. p. 4. qv. 2. n. 14.
- 130 Stryk. d. Diss. 8. c. 12. §. 23. siquidem conventio de acquirenda alterius compaciscentis hæreditate non tam invalida est propter vitium obligationis, quod pacto nudo fiat, quam potius ob vitium rei ipsius in obligationem deductæ, Hartm. Pistor. d. l. n. 21, hæreditas enim pacto deferri non poterat l. 5. C. de Pact. convent. tam susp. dote &c. quia jure Romano non nisi lex ab intestato, vel testator per testamentum aliquem ad hæreditatem vocabat. l. 130. ff. de V. S. hinc successio juris publici esse dicitur, quod pactis privatorum immutari nequit L. ult. ff. de suis & legitim. l. 15. §. 1. ff. Ad Leg. Falcid. Accedit, quod per pactum ejusmodi impediri non debeat libertas testandi L. 52. § 9. ff pro
- 131 socio l. 15. C. de Pact. inter milites tamen ejusmodi pactum acquisitivum jure Romano valuit instar ultimæ voluntatis L. 19. C. de Pact. ibique Brunnem. n. 3. Carpz. part. 2. C. 351 D. 20. n. 6. seq. Lauterb. tit. ff. de Pact. p. m. 48.
- 132 §. XIII. Pactum acquisitivum excipit Conservativum, quod est conventio, qua hæreditatis ab intestato nobis debitæ ademtionem avertimus, illamque hoc modo salvam retinemus, v. g. ne frater meus condendo testamentum mihi hæreditatem auferat; Ejusmodi pactum, quia libertatem testandi impedit, jure Romano nullius est momenti l. 15. C. de
- de

de Pact. Dn. Lauterb. tit. ff. de Pact. p. m. 48. fin. ibique
 Dn. Stryk. in not. verb. *conservativum*. Si tamen, 134
 conventio ejusmodi eo saltem fiat sine, ut jus succe-
 dendi competens ob juris rigorem vel delictum aliàs
 amittendum, obstaculo illo remoto, integrum con-
 servemus, ita ut salva semper libertas testandi
 maneat, tunc etiam jure Romano pactum illud lici-
 tum creditur. Mev. adj. Lubec. p. 2. Tit. 1. n. 48. seqq.
 Dauth. De Testam. n. 105. vers. *requiritur*, ut si filius
 aliquid commiserit, quod meretur exhæredationem 135
 ac propterea paciscatur cum patre, ut illud ipsi re-
 mittat, quo ita remissa ingratitude exhæredatio im-
 pediatur, sicque conservetur successio: Item si filia
 vi statuti dote accepta excludatur à successione patris
 & propterea paciscatur cum patre, ne illud statutum
 ipsi obitet, sed nihilominus cum masculis succedat,
 ejusmodi pacta, quia non excludunt licentiam testan-
 di, etiam jure Romano, magis hodie valida: Hartm.
 Pist. p. 4. qv. 4. n. 16. seqq. & Dn. Stryk. U. M. ff. tit. de Pa-
 ctis §. 23. fuse in Tr. de success. ab intest. Diss. 8. c. 3.

§. XIV. Exposito pacto successorio *affir-* 136
mativo, ordo provocat *negativum*, quod est conven-
 tio de abstinenda sive omnittenda hæreditate, qvale à
 DD. etiam *renunciativum* appellari solet, & in filia- 137
 bus frequens, quando in pactis dotalibus renunciant
 futurae successioni paternæ Cothm. V. 2. Resp. 99.
 n. 103. Berlich. part. 2. Concl. 43. per 101. Carpzov. p. 2. c.
 35. Def. 4. seqq. Muscul. De success. convent. membr. 2. n.
 109. cujusmodi pactum jure Romano invalidum, eo-
 que non obstante filia ab intestato patri succedit l. 3. 138
 C. de Conar. l. ult. ff. De suu & legitim. hered. quia facul-
 tas

E

- 139 succedendi est juris publici *d. l. ult. ff. quod pactis pri-
vatorum tolli nequit l. 33. ff. de pact. l. 7. §. 16. ff. eod.*
Berlich. *d. Concl. 43. n. 2* ibique magna copia alleg.
- 140 *DD. Bacchov. ad Treutl. V. 1. D. 6. th. 8. lit. g. Mev.*
ad j. Lubec. p. 2. Rubr. tit. i. n. 50. Vinn. Tr. de Pact. c. 10.
§. 13. Inde nec juramento de jure Civili tale pactum
convalidari potest, apud Romanos enim contractus
invalidus à juramento nullam vim accipit *L. 5. C. de LL.*
l. ult. C. de Non num. pecun. imprimis pactum, quod
est contra jus publicum. l. 7. §. 16. ff. de Pact. l. 112. §.
pen. & ult. ff. de Legat. 1.
- 141 §. XV. In Jure Canonico hoc speciale
de pactis successoriis legitur, quod si filia dote conten-
ta renunciaret hæreditati paternæ, istudq; pactum jura-
mento firmet, tunc fervari illud debeat, *cap. quam-*
- 142 *vis 2. de Pact. in 6.* additur ratio, cum istud non ver-
git in æternæ salutis dispendium, nec redundet in
alterius detrimentum: Inde evidens, quamvis jure
Civili juramenti non major vis, quam ipsius pa-
- 143 cti sit, cui adhibetur *L. 2. L. 25. l. 35. §. 1. ff. de Jure-*
jur. nec contractum invalidum aut jure nullum fir-
met L. 7. §. 16. ff. de pact. l. 112. §. ult. ff. de Legat. 2. l. 5. C.
de LL. l. pen. C. de Transact. l. ult. C. de Non num. pecun.
Treutl. Vol. 1. Disp. 21. th. 2. Jure Canonico tamen ju-
rumentum per se vim obligandi habere, servandum
que esse, etsi accedat actui, Jure Civili invalido,
modo is non sit contra jus naturæ aut Gentium,
nec directo redundet in Reipubl. aut tertii detrimen-
tum *Gail. 2. Obs. 40. Dauth. ad d. cap. quamvis n. 95.*
- 144 *Struv. Exerc. 17. th. 19. Dn. Lauterb. Disp. de Juram. §.*
1. n. 12. Inferri ulte. ius ex adducta ratione juris Can-
nonici

nonici licebit, non duntaxat pactum prædictum renunciativum, sed & reliqua pacta successoria, quando accedit juramentum, isto jure esse valida, cum moralem turpitudinem, de qua infra, prorsus non involvant, nec in tertii præjudicium tendant, adeoque nexus juramenti subsistit. *d. cap. 2. &c. cum contingat 28. X. de Jurament.*

§. XVI. Quod jam concernit usum fori circa pacta successoria, & quidem (1) circa hæreditatem tertii, quando ille est *incertus*, pactum istud etiam Jure Romano valet *L. 3. §. 2. l. 73. ff. pro socio*, magis hodie, ubi major pactorum vis. *Carpz Part. 2. C. 35. D. 17. Hahn: de Jure Rev. Concl. 78. n. 9.* Quando autem ille *certus*, pactum ejusmodi citra consensum tertii quidem Jure Civili invalidum est per *l. ult. C. de Pact.* Juri tamen naturæ non adversatur, quia naturâ sua sua nil in se turpe involvit, cum enim alia pacta & contractus tum de re aliena *L. 28. ff. de contr. emt. l. 15. seqq. Commodat. l. 9. §. 4. l. 20. l. 22. §. 2. ff. de pignorat. act. l. 13. & 33. ff. de mort. caus. donat. tum de re futura l. 8. l. 34. §. 2. ff. de Contr. emt. l. 3. C. De Donat. l. 15. ff. de Pignor. l. 41. ff. de Pign. act.* in jure admittantur, nulla ratio, quare nec pactum, in quo disponitur de hæreditate tertii sub hac conditione, si rite & legitime ista paciscentibus delata fuerit, citra consensum tertii pro valido declarandum sit, siquidem nullum inde Tertio præjudicium contingit, ut pote qui non obstante illo pacto liberam prorsus bonorum suorum retinet dispositionem: Nec pactum hocce rejici potest ob votum captandæ mortis, nam istud non adest vitio ipsius pacti, sed interdum vitio paciscentium, *Dn. Stryk: U. N. ff. de Pact. §. 15. in de*

de quia ex accidenti saltem accedit, & pacifcenti saltem quandoque inhæret, pactum ipsum juri naturæ non repugnat; quale desiderium mortis in successione ab intestato, circa testamentum l. 77, §. 24. ff. de Legat. 2. in substitutione pupillari §. ult. J. de Pupill. substit. fideicommissio universali l. 39. ff. de Pen. l. 11. C. de Transact. in usufructu §. fin. J. de usufruct. maxime verò in donatione mortis causa §. 1. J. de Donat. occurrit, & nihilominus illa omnia in jure tolerantur, imo admittitur etiam in Jure Romano hocce pactum de hereditate tertii certi interveniente istius consensu l. ult. C. de pact. cum tamen ita eo major occasio captandi mortem præbeatur, ubi pacifcentes de eventu pacti magis certi sunt: jura quidem nostra circa hocce pactum, ubi tertius non consentit, votum istud captandæ mortis ob certam rationem periculosum & cum tristi eventu conjunctum præsumunt, prout patet ex d.l. ult. C. cum autem ejusmodi votum non naturaliter aut necessario tali pacto insit, sed vitio pacifcentium interdum accedit, præsumtio illa de captanda morte non juris naturalis, sed duntaxat juris civilis est, sicque nil obstat, quo minus statuto vel consuetudine ista vicissim tolli possit, Vinn. de pact. cap. 19. §. fin. Bolognet. in l. fin. C. de pact. n. 66. Num autem moribus Germaniæ ista præsumtio juris civilis sublata sit, ulterius inquirendum, nonnulli quidem indistincte tradunt, hodie in Europa consuetudine esse receptum, quod pacto & conventionibus hereditas deferatur Hahn. ad Wesenb. ut. ff. de Heredit. petit. N. 4. & Dissert. de jur. Rer. Conci. 86. Vinn. Tr. de pact. cap. 19. n. 5. Groenweg. De LL. abrog. ad l. 18. C. de pact. Christin. Vo. 2. Decis. 133.

Hanc

Hanc tamen consuetudinem non universalem esse, patet ex ipso Grœnweg. *d. l. n. 5.* & Doctores in foro verfatissimi in terminis docent, pactum de hereditate tertii citra istius consensum non subsistere: Carpz. *p. 2. C. 35. Def. 17. ubi n. 10. præjudicio istud firmat.* Stryk. *U. M. ff. de pact. §. 14. & 15. ibique alleg. Richter p. 1. Dec. 67. n. 4. Klok. Vol. 3. Consil. 122. n. 18. seqq. Hartm. Pistor. part. 4. qv. 1. Mey. p. 3. Dec. 271. n. 3.* Inde juri Communi circa hoc pactum tamdiu inhærendum, donec contraria consuetudo doceatur *arg. l. 32. in fin. C. De Appellat. l. 27. C. de Testam. Lauterb. Concl. forens. Exerc. 8. th. 9. lit. a. in fin.* Si tamen huic pacto, deficiente tertii consensu, accedat juramentum, paciscentes tunc valide ¹⁵⁰ constringi, non dubitarem, quia hoc pactum, prout ex prioribus liquido constat, per se nil turpe involvit, & jus Canonicum (quod in Germania, quando de vinculo juramenti quæstio occurrit, ubivis receptum) quemlibet jurantem, licet actus istius jure positivo prohibitus, valide obligat, *c. 28. X. De juram. c. 2. De Pact. in 6.* Etiam ubi juxta *l. f. C. De Pact.* consensus tertii interveniens paciscentes ad observantiam pacti adstringat, majoris roboris ipsum juramentum paciscentium erit, cum absque dispendio salutis servari istud possit, nec quicquam in præjudicium tertii, cujus consensus non est petitus, sub ullo colore tendat, utpote qui liberam de rebus suis disponendi, non obitante prædicto pacto, retinet facultatem: Bachov. *ad Treuthl. Vol. 1. D. 6. th. 8. lit. e. verb. etsi juratum.* Seraph. de seraphin. *De juram. Privileg. 20. n. 8. seq.* Azor *p. 1. Inst. Moral. c. 7.* Dissentiunt tamen Fachin. *8. Controv. 72. Klock, Tom. 3. Consil. 122. n. 19. Frantzk. 2. Resol. 5. n. 151*

19. *seq.* Aliique, quorum potior ratio, quod consensus tertii sit de forma hujus pacti, quæ per juramentum suppleri nequit. Quod quidem procedit, quando per formam intelligimus *vel solennitates actuum*, quæ lege publica inductæ, quarum defectum juramentum privatorum nequaquam supplet, inde donatio mortis causa, licet juramento confirmata, est nulla quando non sunt quinque testes adhibiti *l. ult. C. De Donat. mort. caus.* Zang. *De Except. p. 3 c. II, n. 202.* Carpz. *p. 3. C. I. D. 29. n. 8. seqq.* Lauterb. *tit. ff. De mort. caus. donat. vers. solenniter.* ibique Stryk. *verb. juramento.* Vel quando ejusmodi intelligimus *requisitam*, quod formam actus intrinsecam constituit, juramentum enim essentiam rerum immutare nequit. Anton. Faber. *in Cod. lib. 8. tit. 37. De fin. I.* Ast quando requisitum ex sola præsumptione juris civilis inductum, de quo hic agimus, ubi votum captandæ mortis natura & per se huic pacto successorio non ineffectum nec in præjudicium tertii istud pactum reapse tendit sicque consensus tertii non *per se* ad formam hujus actus requiritur, sed duntaxat *secundum quid* & certo respectu, quatenus ex mero jure Civili ejusmodi votum captandæ mortis alias præsumitur, sane nulla apparet ratio, quare non jure Canonico & hodie juramentum defectum ejusmodi requisiti suppleret *per. c. 2. de pact. in 6. ibi. licet improbet lex Civilis.* addatur *c. 28. X. De jure jur.* ita jus Civile donationem inter conjuges factam declarat nullam, quia præsumit, matrimonium ita fore venalia *l. 2. ff. De donat. inter V. & U.* juramento tamen hodie illam recte confirmari docent Dd. communiter Gail, 2. *Obs. 40. n. 2.* Berlich. *p. 2. Concl.*

I, n. 12.

n. 12. *Lauterb. tit. ff. De Donat. inter V. & U.* quia ista donatio nil naturalis turpitudinis continet & duntaxat mero jure civili prohibita *Brunnem. ad l. 1. ff. eod. n. 40.* Cum autem hujus nostræ sententiæ, prout ex præcedentibus apparet, multi reperiantur contradictores, consultum erit paciscentibus, ut inducant tertium, ut simul cum ipsis de hereditate paciscatur. Sic enim secundum receptos mores à pacto illo resilire nequit, siquidem ita non potest dici amplius pactum de hereditate tertii, sed de hereditate unius ex paciscentibus *Hartm. Pistor. p. 4. q. 1. n. 31.* Occurrit dubium, quid si tertius non cum ipsis contrahentibus simul paciscatur, in pactum tamen jam initum jurato consentiat, num bona sua praese illis tunc teneatur relinquere, aut num nihilominus pro arbitrio, de illis disponere possit? Eleganter respondet *Dn. Stryk. U. M. ff. tit. De Pact. §. 17. fin.* Num juraverit simpliciter, se in istud pactum consentire, num juraverit, se consentire, nec unquam illum consensum revocare velle: priori casu discedere potest, cum juramentum sequatur naturam actus, de quo fufius *supr. n. 12. post. riori* vero pœnitere non licet, quod responso illustrat laudatus *Dn. Stryk. De Caut. contr. Sect. 3. c. 6. §. 7. & 8.*

§. XVII. Progredimur jam (2.) ad usum fori circa hereditatem ipsorum paciscentium, quorum conventionem jure Romano nullam esse, præcedenti §. 4 & 5. ostendimus, jure Canonico autem vel pactum sit acqvisitivum, sive conservativum per juramentum reddi validum *c. quamvis 2. De Pact. in 6. c. 28. X. De jurament.* Etiam statutis & moribus induci posse, ut talia pacta valeant, docent *Hartm., Pistor. p. 4. q. 1. n. 44.*

152

153

154

2. n. 44.

207. 44. Vinn. *Tr. De pact. c. 19. §. 5. & 6. Mey. ad j. Lubec. p. 2. Tit. 1. n. 107. seqq. Zæf. adff. tit. de pact. n. 34. Neutrum siquidem juri naturali adverfatur, non pactum*
- 155 *acquisitivum*, jus siquidem naturæ cuilibet Domino concedit facultatem alienandi bona, nec interest, num bona mea alienem per contractum aut testamentum Grot. *De J. B. & P. L. 2. c. 6. §. 1. & ult.* Puffendorf. *De J. N. & G. 4. 9. 1.* Sicque nil obstat, quare te pacto heredem facere non possim, Stryk *U. M. ff. De Pact. §. 18.* Licet jure civili hæreditas non nisi lege aut testamento deferatur *l. 11. C. De Pact.* Quin & moribus
- 156 Germaniæ, Galliæ, Italiæ ejusmodi pacta valida declarant Barth. Muscul. *Tr. de success. Convent. Membr. 10 Class. 1. Concl. 3. n. 58.* Harpr. *ad tit. J. De Hæred. quæ ab in. test. desert. n. 29. seqq. ibique alleg.* Mynsing. Menoch. Aliique, ita ut existente casu mortis successio secundum talia pacta determinanda, Gail. *lib. 2. O. 127. n. 1.* Wesenb. *Vol. 2. Cons. 71.* Modest. Pistor. *Vol. 1. Consil. 8. qu.*
- 157 2. add. Dn. Præfidis Exercitæ, *Disputator. 4. Controv. 1.* Majoris tamen securitatis gratia ista pacta juramento confirmari, suadet Stryk, *De Caut. Contract. sect. 1. cap. 3. §. 27.* Mey. *ad J. Lubec. p. 2. Tit. 1. n. 90. in fin.* Idem de
- 158 pacto *conservativo* recte docetur nam jus naturæ non reclamât, ut quis facultate testandi se ipsum propria voluntate privet, sicque proximum cognatum per pactum de non auferenda hereditate securum reddat, nec jure civili obstrictus quis est ad testandum, ergo & pacto, ne testetur, se obligare valebit. Hartm. Pistor. *p. 4. qu. 1. n. 17.* Stryk. *De Caut. Contract. Sect. 3. c. 6. §. 7.* Sicque assertum juris civilis, libertatem Testandi constringi non posse, de jure naturæ non procedit.
- Vinn,

Vinn. *ius Tr. De pact. cap. 10. §. 3.* Etiam in foro facultatis testandi renunciari posse, responso facultatis Juridicæ probat Dn. Stryk, *d. l. §. 8.*

§. XVIII. Restat (3.) usus fori circa pacta renunciativa, ubi expeditum, hæreditati jam delatæ quem libet etiam sine juramento, renunciare posse, cum cuilibet integrum, hereditatem ex quacunque causâ delatam & verbis & facto repudiare *l. 12. ff. de condit. Inst. l. 16. C. De jur. delib. l. 5. C. Unde legit. l. 9. ff. de Acquir. hered.* Similiter hereditati futuræ renunciare, licet juri civili, *vid. §. præced. 14.* non tamen juri naturæ contrariatur, siquidem eo jure liberi non obstringuntur ad acquirendam parentum hæreditatem, sed arbitrio illorum acquisitio hereditatis relinquitur, quilibet autem, beneficio pro se introducto renunciare potest *l. 69. ff. de R. J. l. pen. C. de pact. quæ regula non duntaxat jure Civili per d. LL.* Sed etiam in ratione naturali fundatur, *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 7. §. II. nec quicquam facit, quod facultas succedendi dicatur juris publici esse, cui privatus renunciare nequit, nam hæc ratio à sola juris Romani dispositione dependet, non autem dejure naturæ procedit, eo siquidem jure facultas succedendi jurispublici non est, sed prout per contractum possum omnia mea bona in alterum eo jure transferre, conf. præced. §. 17. ita etiam successioni renunciare eo jure permiffum: Vinn. *Tr. de pact. cap. 10. §. 3.* Inde jam evidens, in foro talem renunciationem ex dispositione juris Canonici, quam expressit jam præcedens §. 15, juramento accedente omnino valere, etiam sine juramento illam moribus vel statuto induci posse, prout & in Saxonia ejusmodi renunciat*

nunciatio futuræ hæreditatis injurata fuerit recepta
 Carpz. p. 2. C. 3. Def. 6. n. 6. & Def. 8. Berlich. p. 2.
 165 *Concl. 43. n. 8.* Etiam extra Saxoniam, postquam
 mores pacta successoria approbarunt, renunciatio-
 nes absque juramento valere, istudque saltem in illis
 locis esse necessarium ubi jus civile adhuc expresse
 observatur, asserit Dn. Mey. *part. 2. Dec. 270.* Tu-
 166 tissimum tamen erit renunciare accedente juramen-
 to, nam renunciationem filia accepta dote injuratam
 pro nulla fuisse declaratam tradit Brunnem. *Cent. 3.*
 167 *Dec. 98.* non tamen confundendus est casus, ubi filia
 accepta dote renunciat patri ratione futuræ successio-
 nis, cum illo casu, ubi renunciat fratri de patris hæ-
 reditate; posteriori enim casu, nullo juramento opus,
 modo tunc pater consentiat; istud enim est pactum
 non de hereditate paciscentium; de quo prior agit
 casus & quorsum spectat *c. quamvis 2. de pact. in 6.*
 Sed de hereditate tertii, patris nempe viventis, ubi
 sufficit consensus patris, tanquam tertii *per l. ult. C.*
de pact. Hartm. Pist. part. 4. qu. 1. n. 6. 20. & 30. Mey. part.
3. Dec. 271. Carpz. p. 2. C. 35. D. 10.

CAPUT II.

DISSONANTIAM UTRIUSQUE JURIS CUM
 USU FORI CIRCA PACTUM LE-
 GITIMUM SISTIT.

SUMMARIA.

Donatio est exemplum pacti le- *Ista inter Conjuges non valet* n. 2.
 gitimi, n. 1. | Ratio n. 3.
 Uxor

Uxor raro donat. n. 4.
 Quando maritus ignobilis uxori
 nobili, vel senex puella constante
 matrimonio aliquid donat, istud
 non valet n. 5. & 7.
 Dissidentes, n. 6.
 Nec donatio inter Conjuges jurata
 J. Civ. valet n. 8.
 Rationes n. 9.
 Jure Canonico etiam prohibita est
 donatio inter V. & U. n. 10.
 Jurata tamen donatio valet. n. 11.
 & 13.
 Dissidentes in n. 12.
 Rationes illorum refutantur n. 14.
 Etiam hodie jurata donatio stringit
 n. 15.
 Num ad confirmationem istiusmo-
 di donationis inter Conjuges suf-
 ficiat formula bey Christliche
 Ereu und Glauben? Resp. Ne-
 gando. n. 16.
 Ratio dubitandi resolvitur. n. 17.
 Num ad Confirmationem ejusmodi
 donationis sufficiat formula an
 Eydcs statt / beyhm Wort der
 ewigen Wahrheit? Resp. Neg. n. 18.
 Ratio dubitandi refutatur. n. 19.
 & 20.
 Quando juramentum expressum
 accessit, conjux autem, cui do-
 natum, premoriatur, num do-
 natio ad donantem redeat? Resp.
 Neg sed ad heredes premorui
 transit n. 21.

Dissentientes refutantur. n. 22.
 Si Conjux juraverit, se non dona-
 turum, & tamen donaverit,
 istudque juramento confirma-
 verit, posterius juramentum est
 invalidum n. 23.
 Donatio, quae excedit 500. soli-
 dos est invalida n. 24.
 Nisi insinuetur judici n. 25.
 Potest tamen coram quocunque
 judice insinuari n. 26.
 Consultius autem est, eam insinu-
 ari coram ordinario judice n. 27.
 Partes huic insinuationi renuncia-
 re non possunt n. 28.
 Nec renunciatio jurata jure Civili
 valet. n. 29.
 Etiam hodie ad ejusmodi donatio-
 nem judicialis requiritur insi-
 nuatio. n. 30.
 Num ejusmodi donatio jurata vai-
 leat hodie & J. Canonico absque
 insinuatione, valde controver-
 titur. n. 31.
 Alii simpliciter istud negant. n. 32.
 Rationes illorum in n. 33.
 Alii Afferunt, juramentum istud
 quidem esse servandum, ipsam
 tamen donationem ita non con-
 validari, inde donatoris here-
 des ex ista non obligari n. 34.
 Rationes illorum n. 35.
 Alii ipsam donationem per istud
 juramentum confirmari, sicque
 heredes ex ista obstringi ad pro-
 wif.

<i>missum solvendum contendunt</i>	n. 36.	<i>sententia.</i>	n. 41.
<i>Rationes illorum</i>	n. 37.	<i>Pater filio donare nequit</i>	n. 41.
<i>Posterior sententia est communis</i>	n. 38.	<i>Ratio istius</i>	n. 44.
<i>& verior</i>	n. 39.	<i>Excipiuntur certi casus</i>	n. 43.
<i>Resistantur argumenta prima sententia</i>	n. 40.	<i>Nec jurata donatio inter patrem & filium valet J. Civ.</i>	n. 45.
<i>Resistantur argumenta secunda</i>		<i>Omnino autem J. Canon.</i>	n. 46.
		<i>Ratio in</i>	n. 47.
		<i>Etiam hodie valet</i>	n. 48.

1 **A**D pactum legitimum referri donationem simplicem inter vivos expeditum est l. 35. §. 5. C. de donatione Hopp. ad §. 2. J. De donat. Lauterb. tit. ff. eod. vers. *Legis assistentia* De illa disponitur in jure civili, quod inter

2 Conjuges non valeat, ne iste, qui non donat, amore spoliatur l. 1. ff. De Donat. inter V. & U. nec venalia essent matrimonia, l. 2. ff. eod. cum honestus amor

3 potius solo animo aestimandus, & concordia conjugalis non pretio concilianda sit l. 3. ff. eod. Videtur quidem hæc dispositio juris ratione sceminae inanis, cum donare in jure dicatur esse contra sexus scemine naturam l. 33. §. 1. ff. De Donat. inter V. & U. siquidem mulieres sunt avaræ. arg. l. 4. in fin. ff. Ad Jctum Fellej. sicque raro donant l. 16. C. De donat. aut nupt. ibique Gotofred. lit. a. ast utut raro accidat, mulieres donare, accidere tamen quandoque docet l. 10. ff. De Condi& caus. dat. caus. non sec. Adeoq; prout prohibetur donare marito uxori, ita & uxor marito, & quod in seqq. dicitur de marito donante, intelligendum etiam de uxore donatrice; Occurrit hic quæstio, num ergo

5 mari-

maritus ignobilis vel senex constante matrimonio
 uxori suæ nobili aut puellæ ratione nobilitatis vel æta-
 tis valide quid donet? Affirmativam quidem tenet 6
 Berlich. *part. 2. Concl. 15. n. 16.* qui multos allegat con-
 sentientes, negativa tamen mihi magis placet sen- 7
 tentia, quam propugnat Dn. Lynker *in Anal. ad*
Struv. ff. De Donat. int. V. & U. ib. 19. non enim uxor
 nobilitatis nomine à marito donationem extorque-
 re, aut maritus conditionem uxoris suæ attendere
 potest, quia uxor nubendo minoris ordinis vi-
 ro suum splendorem jam amisit & conditionem
 mariti sequitur *l. 8. ff. De senator. l. 13. C. De digni-*
rat. Nec ratione ætatis valet donatio, quia e-
 jusmodi prætextu jus donationis prohibitæ evertet-
 retur Busius *ad l. 7. ff. De Donat. Inst. V. & N.* quip-
 pe puellæ, quæ maritos habent senes facile ab il-
 lis pro arbitrio extorquerent donationem, solent
 siquidem viri, qui sunt ad venerem minus validi,
 nihil non concedere uxoribus suis, ut, quod ex una
 parte deficit, ex alia suppleatur. Abstineat ergo
 maritus ab istiusmodi donatione, utpote quæ con-
 stante matrimonio omni in jure effectum caret, licet 8
 etiam juramento ab ipso firmetur, quod enim lege
 fieri prohibetur, si fuerit factum, non solum inutile,
 sed pro infecto habetur, ita ut nec sacramento con-
 firmetur *l. 5. C. De LL.* jusjurandum enim (1) contra 9
 vim legum & auctoritatem juris scripti nullius est
 momenti *l. 112 §. 4. ff. De Legat. 1.* nec accessorium
 subsistere potest sine principali (2) quia hoc juramen-
 to omnes salutare leges enervarentur & juramento
 privati elusoria fierent, accedit (3) quod ejusmodi
 F 3 Jura-

juramentum sit contra bonos mores, ex quibus hæc prohibitio originem suam traxit *l. 1. ff. De Donat. int. V. & U.* Ejusmodi autem juramentum non est obligatorium.

- 10 §. II. Etiam jure Canonico donatio inter Con-
 juges, quæ fit constante matrimonio, ubi alter lo-
 cupletior, alter pauperior efficitur, expresse est pro-
 11 hibita *per c. ult. X. De Donat. int. V. & U.* Quando
 autem juramento confirmatur, num de jure Cano-
 12 nico donantem stringat, controversitur, negant istud
 ex antea adducta ratione secunda & tertia *Matth. Co-
 ler. De Process. execut. p. 3. c. 1. n. 116.* Alique que-
 rum magnum numerum exhibet *Gail. 2. Obs. 40. n. 1.*
 13 Affirmant tamen rectius *Stryk. Differ. jur. Civ. & Can.
 sect. 2. Diff. 7. Rittershul. D ff. Jur. Civ. & Canon.
 lib. 3. c. 17. fin. Hopp. ad §. 11. J. De Actionibus Lauterb.
 tit. ff. De Donat. int. V. & U. Berlich. p. 2. Concl. 15.
 n. 14.* Hancque opinionem communem asserit *Gail.
 d. 1. n. 15.* fundatque se non quidem expressis verbis
 juris Canonici, omnino tamen in hac regula saluber-
 rima, quæ *ex cap. 28. X. De jurejur. c. 2. De Pact. in 6.
 c. 2. De jurejur. in 6.* Sponte fluit: Omne juramentum,
 quod non vergit in salutis æternæ dispendium, nec
 redundat in detrimentum tertii, servandum est:
 Atque juramentum donationi inter Conjuges adje-
 ctum non vergit in salutis æternæ dispendium, nec
 redundat in detrimentum tertii: Ergo omnino ser-
 14 vandum: Nec quicquam faciunt rationes in §. præ-
 ced. productæ, siquidem ad (1) Resp. quod si actus in-
 validus sit, non propter defectum requisiti essentia-
 lis, nec propter qualitatem objecti, si se; turpe sit,
 aut immediate repugnat publicæ utilitati, sed tan-
 tum

tum propter conditionem personarum, vel ex singulari aliquo & speciali jure, tunc quidem jure civili juramento regulariter corroborari nequeat *l. s. C. De LL. bene tamen jure Canonico, per id. textu.* Hahn *ad Wesenb. tit. ff. De jurejur. n. 5. Gail. d. observ. 40. Hopp. ad §. 11. ff. de action. verb. juraverit.* Hujusmodi actus autem est hæccedonatio, æque ac intercessio mulieris pro marito, quæ ideo juramento valida fieri potest, Hopp: *d. l. Carpz. p. 2. Const. 16. D. 1. n. 4. Brunnem. ad l. f. ff. de scio Vellej. n. 16.* Ad (2) Resp. quod juramentum privati quidem tantum roboris non habeat, ut sanctissimas Constitutiones tollere possit, & quod jure nullum est, privata autoritate confirmari possit: Sed cum secundum jus Canonicum juramentum, quod sine periculo animæ & præjudicio tertii servari potest, servandum sit, inde est, quod præstito Juramento contravenire non liceat, sicque donatio subsistat. Conf. Muller. *ad Struv. S. J. C. Exerc. 17. th. 22. lit. B.* inde & pactum de non succedendo servandum ab eo, qui juravit, *per expr. c. 2. de pact. in 6. ibi, licet lex civilis improbet:* & quando mulier jurato consensit in alienationem fundi dotalis, consensus mulieris est obligatorius, quamvis non sit obligatorius secundum legitimas sanctiones, loquente *c. 28. X. de jurejur.* Ad (3) Resp. (a) quod Ulpianus *in all. l. 1.* non faciat mentionem bonorum morum Et (b) si ita, distinguendum est inter ea, quæ sunt contra bonos mores juris civilis, & quæ sunt contra bonos mores juris Canonici. *Priori modo dicuntur omnia ea, quæ contra leges vel observantiam in Republica Romana fiunt l. s. C. de LL. po.*
feriori

feriori dicuntur contra bonos mores esse, quæ inducunt vel nutriunt peccatum v.g. si juramentum præstetur super actu vel facto, quod jure naturæ turpe est, ut super adulterio, furto &c. committendo, vel immeditate contra publicam utilitatem militaret, quale juramentum nec Jure Canonico stringit c. 12. X. de foro compet. c. 25. 27. 28. & 33. X. De jurejur. Cum ergo hæc donatio inter Conjuges nil naturalis turpitudinis contineat & tantum mero Jure Civili prohibita, sicque Juramentum citra animæ dispendium servari possit, merito servandum est Brunnem. adl. 1. ff. de Donat. int. V. & U. n. 40. Rittershus. Diff. jur. Civ. & Can. lit. 3. c. 17. fin. Rosbach. de comparat. jur. Civ. & Can. lib. 2. T. 3. compar. 1. n. 6. seqq.

- 15 §. III. Hodie sequimur Jus Canonicum, sicque donatio inter conjuges jurata omnino stringit, in materia enim Juramentorum in foro nostro præfertur Jus Canonicum B. Stryk, Differ. jur. civ. & Can. sect. 2. Differ. 7. Gail. 2. O. 40. n. 2. Berlich. part. 2. Concl. 15. n. 12. Cardinal. Tuschus Tom. 2. prætic. Concl. lit. D. Concl. 690. n. 6. seqq. Lauterb. tit. ff. de Donat. int. V. & U.
- 16 Quæritur autem (1) Num ad confirmationem hujus donationis sufficiat formula. **Bei Christi. Treue und Glauben/an Eynes Staat beym Wort der Göttlichen oder ewigen Wahrheit** num vero præcisè requiratur
- 17 Juramentum corporale? Deus quidem etiam inter simplicem loquelam & Juramentum nullam vult esse differentiam, quia sicut in Juramento nullam convenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium, quia utramque & perjurium

jurium & mendacium divini Judicii poena damnatur
c. 12. q. 5. caus. 22. Non tamen ex isto *Can. 12.* absolu-
 ta Juramenti & simplicis loquelæ convenientia inferri
 potest, sed tantum respectiva, scilicet, quod DEUS
 pariter in Juramento & simplici asseveratione id quod
 verum est, velit asseri; alias enim maxime differunt
 tum ratione efficacix, tum ratione poenæ, jurans si-
 quidem arctius adstringitur, vel si contraveniat, gra-
 viorem luit poenam: Ita porro, quando quis ad- 18
 hibet formulas an *Eydesstatt/ beyim Wort der ewigen*
Wahrheit/ habentur quidem istæ pro veris Juramen- 19
 tis, *Mey. p. 1. Dec. 146.* nec dubium est, promittentem
 in conscientia obligari, & sine nota impietatis promif-
 sionem violare non posse, cum implicite Deus ita in-
 vocetur *Carpz. Decis. 199. n. 19. JC. Marburg. V. 1. Conf.*
17. n. 105. Attamen in omnibus istis casibus, ubi ex- 20
 pressum Juramentum pro forma & ad subsistentiam
 actus requiritur, aut partes Juramentum desiderant,
 non sufficiunt prædictæ formulæ, nec Juramenti
 vim habent *l. 33. ff. de jurejur.* post plures relatos *Dn.*
Brunnem. Consil. 89. n. 25. seqq. Carpzov. p. 2. C. 16. Def.
6. n. 14. sed requiritur, ut DEUS expressè ut testis
 & Vindex invocetur, receptâ passim formula: *Als mir*
Got helfe/ und sein heiliges Wort. *Zoes. tit. ff. de Jurejur.*
n. 11. in fin. Carpz. d. def. 6. n. 6. inde ad donationem inter
 conjuges, ad alienationem rei dotalis, ad renunciatio-
 nem hereditatis confirmandam, adductas formulas
 non sufficere docet ipse *Mey. p. 3. Dec. 270. n. 4. & d. p. 1.*
Dec. 146. n. 2. Struv. Exerc. 17. rh. 12. Carpz. d. def. 6. & p. 2.
C. 36. D. 2. Lauterb. Tr. de juram. §. 25. Stryk. in C. C. Sect. 2.
C. 6. §. 1. forma siquidem per æquipollens suppleri
 G ne-

- quit. Tabor. in *Barbos. locupl. L. 1. c. 38. ax. 5.* Quæ-
 21 ritur (2) Quando Juramentum expressum accessit,
 conjux autem, cui donatum, præmoriatur, num.
 negando ad donantem redeat? Ego responderem
 negando, quia secundum Jus Canonicum, quod
 in materia Juramenti hodie sequimur, ista donatio
 inter conjuges perfecta, ita ut donans sine dispendio
 æternæ salutis contra istam venire non possit; C. 2.
de pact. in 6. c. 2. de Jurejur. in 6. etiam conjux, qui ac-
 ceptavit donationem absque dubio non sibi soli sed et-
 tiam hæredibus prospicere voluit l. 9. ff. *de Probat. l. 40.*
pr. ff. de pact. imò si jam accesserit traditio, cur quæso
 donatarius res donatas, quarum dominium jam ac-
 quisivit, perinde ac reliquam hæreditatem, ad hære-
 des non transmitteret, quod certè donator haudqua-
 quam impedire poterit, proprietate rerum in dona-
 tarium semel translata: Carpz. p. 2. C. 12 D. 25. n. 8.
 Guid. Pap. *Dec. 147.* Covaruv. *lib. 2. Var. Cap. 7. n. 5.* Dif-
 22 sentiunt quidem Menoch: *Consil. 84.* Trentacinq. *lib. 3.*
Resolut. 6. de donat. n. 7. Kubach. *quæst. illustr. cent. 2.*
Decur. 10. qu. 4. putantes donationem donatario præ-
 mortuo ad donatorem reverti: Verum si id esset,
 non posset donatio dici Juramento confirmari (quod
 tamen ipse Kubach. *d. l.* asserit) sed confirmatio de-
 penderet à morte donantis; Si tamen conveniretur,
 ut præmortuo donatario ad donantem redeat do-
 natio, eam tunc reverti facile concedo, pacta enim
 23 dant legem negotio l. 7. §. 5. ff. *de pact.* Quæritur (3)
 Quid si autem conjux juraverit, se non donaturum
 conjugi, eo tamen non obstante postea donaverit,
 istudque Juramento confirmaverit Ref: quia prius Ju-
 ramentum

ramentum cum Jure Civili & Canonico convenit
 2. r. ff. & C. de Donat: int. V. & U. & Cap: ult. X. eod. sicque
 omnino validum & servandum, posterius Juramen-
 tum sine periculo æternæ salutis servari non potest,
 adeoque invalidum est arg. c. 16. in fin. X. de Jurejur.
 Zoef. ad ff. d. tit. Similis est casus in c. 33. X. de Jure
 rejur.

§. IV. De donatione, ceu pacto legitimo, 24
 porrò lex civilis disponit, quod si ista excedat 500.
 solidos, quoad excessum sit ipso Jure nulla, & semper
 revocari possit L. 34. pr. & §. 1. L. 36. §. ult. C. de donat. 25
 Carpz. p. 2. C. 12. D. 12. nisi insinuatio facta sit. §. 2. J. de
 donat: d. l. 36. §. 3. C. ut constet, donationem tanti mo-
 menti deliberato factam omnemque exulare fraudem
 L. 27. C. de donat. insinuari tamen potest coram quo- 26
 cunque Judice L. 30. C. de donat. Carpzov. p. 2. C. 12. D.
 18. Lauterb. tit. ff. de donat. ibique Dn. Stryk. verb. obff.
 32. Gail: lib. 2. O. 30. n. 28. Stryk. in Caus. Contr. S. 3. c. 9.
 §. 5: qui generali praxi istud receptum præjudicio alle- 27
 gato probat. Quamvis consultius sit, coram Judi-
 ce ordinario eam insinuare, quia aliqua causæ cog-
 nitione opus est, an scilicet justa causa donationis adsit,
 num vi aut fraude allectus sit ad donationem Stryk.
 ad Lauterb. tit. ff. de donat. verb. pro Tribunali Hahn. ad
 Wesenb. tit. ff. de donat. N. 6. Grevæ. 2. O. 39. Consid. 1. n. 6.
 Est autem huius insinuationis tanta necessitas (excē- 28
 ptis certis casibus, in quibus insinuatione prorsus
 non est opus, quos exponit Hopp. ad §. 2. J. de donat
 & DD. passim) ut nec partes huic insinuationi renun-
 ciare possint in instrumento donationis, quia renun-
 ciatio contra Jus prohibitivum non valet L. 5. C. de

29 LL. Lauterb. *de donat.* ibique Stryk. *verb. renunciare & in Caut. Contr. d. l. §. 5.* imo licet ista donatio Juramento confirmetur, & ita insinuationi renunciatur, valida tamen non est, nam Jure Civili illa Juramenta, quibus renunciamus, vel quibus promittimus quod Jure positivo est prohibitum vel invalidum, licet Jure naturæ & gentium permissum & licitum, regulariter tamen dicuntur nulla & non obligatoria L. 7. §. 16. ff. *de Pact. l. 5. C. de LL. l. 112. §. fi. ff. de Legat. 1.* Treutl. *V. 1. Diss. 21. th. 2. lit. a.* Cujac. *lib. 22. Obs. 7.* Lauterb. *Tr. Synopt. de Jurament. in genere §. 12.* Dn. Stryk. *Differ. Jur. Civil. & Canon. Sect. 2. Diff. 8.*

30 §. V. Hodie itidem non valet donatio, quatenus excedit 500. solidos, (per quos ex communi & in foro recepta sententia intelligimus Ducatos, non secundum monetam vulgarem sed imperialem, Stryk. *ad Lauterb. tit. de donat. verb. 500. ducatos Struv. Ex. 40. th. 10.* Hopp. *ad §. 2. J. de donat. verb. usque ad quingentos.* Ekholt, §. 10. ff. *ead.*) nisi judicialiter fuerit insinuata. Carpz. *p. 2. C. 12. D. 12. & lib. 5. Res. 56. n. 2.* Sand. *Lib. 5. Decis. tit. 1. Definit. 3. in fin.* num autem Jurata ejusmodi donatio & de Jure Canonico & in foro sit valida, sicque Juramentum defectum insinuationis suppleat, intricata est quæstio. Alii indistincte nec Juramentum ejusmodi servandum, nec ipsam donationem per Juramentum fieri validam docent, (1) quia Juramentum defectum solennitatis nec de Jure Civili, nec de J. Canonico supplet, exemplo testamenti, cujus solennitatibus nec jurato quis renunciare potest *arg. l. 55. ff. de Legat. 1.* ibi: *nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in testamento suo locum habeant.* (2) quia hæc insinuatio pro-

propter utilitatem publicam introducta, Reipublicæ
 siquidem interest, ne quis rebus suis abutatur, &
 cives sint divites: Contra istam verò nec J. Canoni-
 co Juramentum valet *c. 12. X. de Foro compet. Hopp. ad*
§. 11. J. de Action. & magna copia allegati à Gail. 2. O,
39. n. 5. quibus (3) accedit expressa decisio Electoralis Sa-
xon. 26. donatio inter vivos, etiamsi juramento confirma-
ta sit, ultra 500. solidos s. ducatos non valet, si non insinu-
ata. Alii asserunt, ejusmodi Juramentum tantum 34
 vi & virtute religionis erga DEUM, atque sola reve-
 rentia invocati nominis divini esse servandum, ita ut
 ipse donator absque dispendio salutis æternæ ab ista
 donatione recedere non possit, *arg. C. 28. X. de Jurejur.*
 ipsam tamen donationem per illud Juramentum non
 confirmari, nec fieri validam, indeque donatoris he-
 redes ex ista donatione ultra 500. solidos non obligari:
 (1) quia Juramentum privati non potest vim obli-
 gandi restituere negotio, quod ex dispositione Juris 35
 reprobatur, sicque privata autoritate non potest con-
 firmari, quod ipso Jure nullum est, *arg. Epist. ad*
Roman. 13. v. 1. seqq. 1. Epist. Petr. c. 2. v. 13. (2) omnis
 confirmatio præsupponit actum validum: His acce-
 (3) Samuel Puffendorff. scribens: *Nam Juramentum*
in se non facit, ut promissum aut pactum, alias in se ex
solo jure natura valens, efficaciam juris Civiliis obtineat,
nisi forte lex civilis circa quadam pacta peculiariter hanc
ipsi vim assignaverit. Libr. 1. Elem. Jurisprud. Univers.
c. 12. n. 41. Inde (4) aliud esse, Juramentum debere
 servari, aliud actum invalidum confirmari, cum
 ergò vinculum Juramenti, tanquam personalissimum
 morte jurantis extingatur, hæres contra faci-
 ens

ens periurii reus fieri non possit. Carpz. p. 2. C. 12. D. 14. ubi prejudicio id firmat: Frantzk. prolixè lib. 2. Resolut. 6 per tot. Treutl. Vol. 1. D. 6. th. 7. lit. d. Lauterb. Tr. Synopt. de Juram. in genere § 15. Alii per ejusmodi Juramentum donationem ipsam confirmari, eamque validam reddi contendunt, sicque omninò heredes etiam donatoris ex illa obstringi ad solvendum omne quod promissum, nequaquam autem eos jam solutum ultra 500. solidos à donatario revocare posse, (1) quia eo ipso, quo secundum Jus Canonicum, ejusmodi Juramentum servandum est, etiam in effectu donatio ipsa confirmatur & redditur valida, quæ Jure Civili invalida, Dn. Müller ad Struv. S. I. C. Exo. 17. th. 22. lit. B. nulla siquidem subest ratio, ubi ipsa donatio, quæ excedit 500. solidos, Jure civili per insinuationem confirmetur, quare ista nec Jur. Canonico per Juramentum convalidetur. Inde donator ex ipsa donatione jurata omnino obstrictus & ab ea nec Jure Canonico nec hodie sine periculo animæ discedere potest, cum itaque Jure Canonico & hodie donatio per Juramentum valida sit facta, etiam heredes ex ista donatione obstricti, cum quodlibet pactum & quilibet contractus validus ad hæredes transeat, nec heres factio defuncti contravenire debet L. 13. C. de Contrah. & committ. stipulat. L. 149. ff. de R. J. L. 14. C. de R. V. inde heres virtute Juramenti omnino compelli potest, ut pactum defuncti servet L. 9. §. ult. ff. de Jurejur. L. 37. §. 5. de Legat. 3. Licet si istud non servaverit, non incidat in perjurium, eo enim intuitu Juramentum rectè dicitur personalissimum, sicque vires Juramenti quoad inducendum pec-

catum non quidem transeunt ad heredes, omnino au-
 tem quod vires contractus Gail *l. Obs. 27. n. 3. seqq.* Car-
 pzoV. *p. 2. C. 30. D. 7.* Otiosa ergo distinctio aliorum,
 qui Juramentum servandum, donationem tamen
 ipsam manere invalidam statuunt (2) Si non ipsum
 pactum per ejusmodi Juramentum confirmaretur,
 sicque donator non vi donationis per Juramentum
 confirmatae; sed solum vi praestiti Juramenti obstrin-
 geretur, indeque istius heredes ad promissum solven-
 dum non obligarentur, hoc inconueniens in similibus
 casibus statuendum; quando filia accepta dote re-
 nunciat jurato successioni patris & dein moriatur, li-
 beros ex illa natos recte praetendere successione avi,
 non obstante jurata renunciatione matris, item
 quando uxor consentit in alienationem dotis medi-
 ante Juramento, ac dein ex vita decedit, liberos istam
 alienationem revocare posse, sicque *c. 28. X. de Jure-
 jur. & c. 2. de Pact. in 6.* in quibus praedicti exprimum-
 tur casus, & ejusmodi Juramentum servandum esse
 disponitur, verbis solummodo, non rebus esse scri-
 pta; consequenter omnes istiusmodi paciscentes
 in effectu eludi: quis negaret, ita fraudem legi fi-
 eri contra *l. 3 ff. S. 3. de Senatusc. Macedon. l. 27 in fin. ff. de pro-
 bat.* (3) quia non confundendum est requisitum à
 Jure Civili in utilitatem privatorum potissimum
 introductum, cum solennitatibus; quae non in u-
 tilitatem privati, sed ad eminentiam actus Jure pu-
 blico introductae, prout enim posterioribus
 Jure etiam Canonico & hodie per Juramentum re-
 nunciare non licet *C. 12. X. de Foro compet.* ita nulla
 ratio subest, quando ad donationem, quae excedit

500. solidos, requiritur insinuatio, ut constet, num deliberata mente à privato donatio tanti momenti facta, num verò fraus subfuerit, *l. 27. C. de Donat.* quare non Jure Canonico ille defectus insinuationis per Juramentum possit suppleri, utpote in quo semper præsumitur deliberatum propositum & enixa voluntas *L. 77. §. 23. ff. de Legat. 2. Gometz. Lib. 2. Resolut. 14. n. 18. Brunnem. ad d. Auth. Sacramenta puber. C. si adversus vendit. n. 12.* (4) Hancce opinionem communem & passim secundum illam judicatum, testantur Covaruv. *p. 2. §. 1. n. 17. seqq. Gutieretz. ad Auth. Sacramenta puber. C. si adversus vendit. Rittershus. Differ. jur. Civ. & Canon. lib. 3. c. 19. add. Dn. Stryk. ad Lauterb. tit. ff. de Donat. verb. renunciare. Idem in Caut. Contract. Sect. 3. cap. 9. §. 5. in fin. Bach. ad Treuth. Vol. 1. disp. 21. th. 2. li. B. verb. de Donatione inter Virum Lugo de F. & J. disp. 22. Sect. 8. n. 106. seqq. Gail. 2. O. 39. n. 12.* ubi plures magna allegat copia. Etiam ipse supra alleg. Frantzk. dissentiens, hancce opinionem communem confitetur *d. l.* Cui posteriori sententiæ calculum ad jicio, nisi statuto loci aliud dispositum: *Conf. supra alleg. Norviff. Decis. Elect. Saxon.* Nec faciunt quicquam argumenta primæ sententiæ, nam ad (1) Rf: Dist. inter solemnitatem actus proprie sic dictam & inter requisitum à Jure civili in gratiam privatorum potissimum introductum, huic renunciari posse per Juramentum, evidens *ex c. 2. de Pact. in 6. & c. 28. X. de Jurjurand.* Ad (2) Rf: quando negotium immediate & principaliter repugnat utilitati publicæ, Juramento istud corroborari nequit *per all. c. 12. X. de Foro compet.* insinuationis autem necessitas tantum, secundario & per

per consequentiam concernit publicam utilitatem, ne quis re sua abutatur, principaliter autem respicit favorem donantium, ne domesticis fraudibus, præsertim conjunctarum personarum inducti, prodigaliter donando priventur bonis. *L. 27. C. de Donat. ita & Reipublicæ interest, mulieres esse dotatas L. 1. ff. solut. matrim.* principaliter tamen in favorem mulieris alienatio fundi dotalis Jure Civili prohibita, *tot. tit. ff. de Fundo dotali licet uxor in alienationem consenserit, Princ. 7. Quib. alien. lic.* Si tamen uxor jurato consentiat, Jure Canonico & hodie alienatio omninò valet *per expr. c. 28. X. de Jurejur.* Ejusdem roboris sunt argumenta 41 secundæ opinionis, nam *ad 1. Resp:* non privata autoritate per Juramentum firmari negotium, Jure Civili nullum, sed autoritate Juris Canonici in foro recepti Conf. Müller. *ad Struv. S. J. C. Ex. 17. th. 22. lit. B.* Ad (2) Resp. Adeste actum Jure naturæ validum, quilibet enim rerum suarum est moderator & arbiter, adeoque libera sua voluntate bona alienare potest *l. 21. C. Mandat.* Ad (3) Resp. Nec Juramentum privati per se tantum roboris habere, ut sacratissimas constitutiones tollat, actusque solo Jure naturæ validus, efficaciam Juris civilis obtineat, Jus tamen Canonicum talem vim Juramento assignare, dum disponit, illud servandum, quod sine periculo animæ & præjudicio tertii servari potest, sicque privato præstito Juramento contravenire non liceat, *c. 28. X. de Jurejur. c. 2. de Pact. in 6.* Ad (4) Resp. Distinctionem istam nullo hic niti Jure, ac varia ex illa inferri posse absurda, jam supra ostendi circa rationem decidendi primam & secundam hujus posterioris sententiæ, quam amplexus.

- 42 §. VI. Observatur adhuc differentia inter Jus Civile & Canonicum in donatione, quæ à patre fit filio utpotè quæ Jure Civili nulla est *l. 11. C. de donat. nat. l. 1. §. 1. ff. Pro donat. §. 6. 7. de Inutil. stipul. exceptis certis casibus, quos exhibet Lauterb. iii. de Don.*
- 43 & DD. passim. ratio istius Juris est patria potestas, quæ unitatem inter filium & patrem induxit *l. ult. C. de Impub. & al. subst.* Ex qua fictione fluit impossibilitas donationis, siquidem omnis conventio, mediante qua donatio fit, est duorum in idem placitum consensus *l. 1. §. 3. ff. de Pact.* Adeoq; duæ distinctæ requiruntur personæ, persona dantis & accipientis, persona obligati & obligantis, filius autem nihil velle creditur, nisi quod placet voluntati patris *l. 4. ff. de Ri. 7.* Inde istius voluntas pro una habetur cum voluntate patris, vox enim patris, etiam est vox filii *§. 4. fin. 7. de Inutil. stipulat.* Si ergò pater filio donare vellet, sibi metipsi donare videtur, nemo autem sibi ipsi obligari potest, *L. 11. de Legat. 1. aut secum ipse agere l. 16. ff. de Furt. l. 4. ff. de Judic.* Hinc nascitur dubium, numne Juramento possit confirmari talis donatio, ut si pater filio in potestate constituto donet aliquid & juret, quod eam donationem revocare nolit, num ejusmodi donatio sit valida & efficax. Quod Jure Civili omnino negandum, tum, quia Juramentum non potest interponi super eo, quod est impossibile Atqui impossibile est, ut quis sibi obligetur & sibi aliquid donet *d. l. 11. ff. de Legat. 1. tum, quia Juramentum super eo, quod legibus est interdictum,*
- 46 nullius est momenti, *l. 5. C. de LL.* Jure autem Canonico donatio patris jurata omnino stringit, quia fictio

fictio unitatis ex patriâ potestate descendit, inde filio emancipato à patre aliquid rectè donatur *l. 11. C. 47 de Donat.* & mater omnibus liberis valide donat *l. 3. & 6. C. de Revoc. donat.* In spiritualibus autem Jure Canonico patriæ potestatis nulla habetur ratio *c. fin. §. ult. de Judic. in 6. Rittershus. Differ. jur. Civ. & Canon lib. 3. c. 18.* cum ergò Juramentum sit Juris divini & vinculum animæ, ejusmodi donatio eo Jure omnino valida: Cui accedit, quod inter patrem & filium ex donatione ista oriatur obligatio naturalis, Juri siquidem naturæ fictio unitatis non convenit, obligationem autem naturalem Juramento confirmari posse evidens est, *arg. c. 28. X. de Jurejur.* Hancque sententiam in Camera adprobatam & praxi receptam esse, testatur Gail. *lib. 2. Obs. 38. n. 7. seqq.* Mynsing. *C. 2. O. 33. add. Lauterb. tit. ff. de Donat.* Struv. *Exerc. 40. th. 7.* Et pro cautela commendat Juramenti adjectionem. B. Stryk. *Caus. Contr. Sect. 3. Cap. 9. §. 3.*

CAP. III.

DISSONANTIAM JURIS UTRIVSQUE CUM
USU FORI CIRCA PACTA AD-
JECTA EXPONIT.

SUMMARIA.

Quid est pactum in continenti adjectum
Exemplum istius est pactum antichreticum

Qvale pactum J. Civ. est licitum. n. 3.
Distinguendum tamen est, num istud pactum tacite insit, num expresse adjiciatur. n. 4.
Priorè

n. 1.
n. 2.
H 2

Priori casu exacte respicitur ad
quantitatem usurarum. n. 5.

Posteriori casu quando fructus
sunt incerti, non exacte respici-
tur ad quantitatem usura-
rum. n. 6.

Si tamen creditor fundum istum
antichreticum locaret pro certa
mercede. n. 7.

Aut talis res in antichresin conce-
ditur, quæ certos pecuniarios
reditus fert. n. 8.

Vel certum, ampliores fructus
quotannis percipi, tunc exces-
sus sorti detrahatur. n. 9.

Peculiare est in agricolis, quod ab
illis antichresin pacisci non li-
ceat. n. 10.

Usuras tamen stipulari permis-
sum, & quidem quatuor pro
centum, quando pecunia agrico-
lis est credita. n. 11.

Quando vero frumentum est cre-
ditum, duodecim pro centum.
n. 12.

Jure Canonico antichresis prorsus
est prohibita. n. 13.

Inde fructus ex fundo oppignorato
percepti in sortem imputandi.
n. 14.

Excipitur (1) res feudalis, quæ si
Domino directo oppignorata,
Dominus fructus in sortem com-
putare non tenetur. n. 15.

(2) Quando à socero est res oppi-
gnorata Genero in securita-

tem dotis, tunc & Gener
lucrat fructus J. Canonico
n. 16.

Hodie antichresis est permissa n. 17.

Modo fructus, si sint certi, non
excedant quantitatem usura-
rum " " n. 18.

Ut evitetur disputatio de fructi-
bus consultius est pactum de re-
trovendendo n. 19.

Ita enim creditor indistincte
omnes lucrat fructus n. 20.

Ratio istius n. 21.

Qualis differentia sit inter pactum
antichreticum & pactum retro-
venditiinis n. 22.

Attendendum tamen ne sub ul-
timo illo pacto regatur usuraria
pravitas n. 23.

Novum exemplum pacti adjecti
est pactum de usuris n. 24.

Quale pactum si in continenti ad-
jiciatur contractui b. f. parit
actionem, non verò adjectus
contractui stricti juris n. 25.

Si autem ex posteriori pacto soluta
sint, tunc non repetuntur n. 26.

In certis tamen casibus pactum
de usuris contractui stricti ju-
ris adjectum civiliter aliquem
obligat ad usuras n. 27.

Resolvitur objectio, quod usuras
justinianus revocaverit n. 28.

J. Canonico pactum de usuris est
prohibitum n. 29.

Licet etiam debitor juraret Credi-
tori,

tori, se usuras solutas non re- petiturum, ad illarum tamen restitutionem compelli potest. n. 30.	Una & iudicis praescripta n. 37.
Non tamen j. Canon, prohibita est obligatio ad intercesse n. 31.	Ratio permissarum usurarum n. 38.
Modo revera interesse adsit n. 33.	Pœna usuraria pravitatis n. 39.
Quomodo differat interesse ab usu- ra n. 32.	Quid sit pactum commissorium pi- gnori adjectum ? n. 40.
Hodie pactum de usuris est permis- sum n. 34.	Istud j. Civ. & Canon. improba- tur n. 41.
Etiam tale pactum ex intervallo adjectum sufficit ad actionem n. 35.	Licet accedat juramentum, j. Ci- vili tamen istud non valet n. 42.
Modo non excedat quantitatem in R. J. determinatam. n. 36.	De jure Canon. nonnulli istud va- lere asserunt n. 43.
	Rectius tamen docetur, nec de jure Canonico istud valere n. 44.
	Nec statuto aut consuetudine tale pactum regulariter approbare potest. n. 45.

Pactum in continenti adjectum est conven-
tio, quæ propter coherentiam contractus
est efficax ad pariendam actionem l. 7. §. 5.
ff. de pact. l. 13. C. eod. Hujus elegans exem-
plum, circa quod occurrit differentia inter
Jus Civile & Canonicum, est pactum antichreticum,
quo creditori Jus re oppignorata utendi fruendi in vi-
cem usurarum conceditur: Lauterb. tit. ff. de Pignorat.
act. & DD. passim. Ejusmodi pactum Jure Civili esse
licitum dubio caret L. 33. ff. de Pignorat. act. l. II. §. 1. ff. de
Pignor. l. 17. C. de Usuris. ubi tamen distinguendum.
Num tacite hoc pactum insit, Num vero *expressè* ad-
jiciatur: Prius contingit, quando res frugifera pi-
gnoris loco traditur & debitor fructus sibi non reser-
vat l. 8. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contr. hoc
casu exactè respicitur ad legitimam quantitatem usu-
rarum,

- rarum, inde creditor compelli potest ad rationes red-
dendas non tantum de fructibus perceptis, sed & per-
cipiendis *L. 3. C. De Pignor. act.* hinc creditor sæpe for-
tem amittit, & debitor fit sui quondam debitoris.
- 6 *Conf. Stryk; in Caut. Contr. Sect. 2. c. 4. §. 22.* In posse-
riori autem casu, quando fructus sunt incerti, vel
ratione perceptionis, vel ratione valoris, ita ut
inde & commodum & damnum creditor habere pos-
sit, tunc ob dubium eventum non exactè respicitur
ad quantitatem usurarum, sed excessus aliquis
fructuum toleratur *l. 14. l. 17. C. de Usur.* Rationem
istius congruam tradit B. Stryk. in *U. M. ff. de pignor. act.*
- 7 *§. 5.* modo creditor ipse fruatur fundo, nam
si locaverit istam alteri pro certa mercede, sicque il-
la incertitudo cesset, antichresis non potest citra frau-
dem legis usurariæ modum legitimum excedere *l. 14. C.*
- 8 *de Usurur. Dn. Coccej. indisp. de Antichresib. 15.* Cum
quo convenit hic casus, quando talis res in antichre-
sin conceditur, quæ singulis annis certos pecuniarios
reditus fert, Brunnem. ad *l. 17. C. de Usur. Stryk. ad Lau-
terb. tit. ff. de Pignor. act. verb. non subsistit.* Etiam
- 9 quando certum est, ampliores fructus quotannis perci-
pi, quam sunt usuræ legitimæ, tunc pactum istud
non valet, & excessus fructuum sorti detrahitur.
Lauterb. d. tit. ff. de Pignor. act. Brunnem. ad d. l. 17.
- 10 *n. 2. Struv. Jurispr. Rom. Ger. lib. 2. tit. 35. §. 10.* Per-
culiari tamen favore & ratione prohibita est prorsus
antichresis in terris agrorum *Nov. 32. c. 1. Nov.*
34. c. 1. ubi terræ illorum oppignoratæ recepto debito
cure

cum omnibus fructibus restitui iubentur, ita autem, ut annua filiqua in solidum, id est 24. pars sortis, seu ex computatione Imper. Leonis Nov. 83. in fin. triens usura, vel quatuor pro centum, quando mutuata, illis est pecunia, creditis verò fructibus, octava pars sortis, seu centesima usura pacto constitui possit: Ideo autem creditoribus centesimam pacisci cum agricolis ratione fructuum licitum est, quia magnum exinde lucrum aut commodum querere, uberemque proventum ex eorum sementis agricolæ sperare possunt, non vero ex credita pecunia, uti docet Gotofr. ad d. Nov. 32. Dn. Coccej. in Diss. de Antichresi th. 10. Rittershusi. fusè de eo ad Novell. part 3. cap. 10. Brunnem. ad Auth. ad hac C. de Usur.

§. II. Jure Canonico ejusmodi Antichresis prohibita c. 1. & 2. X. De Usur. c. 7. X. de Jurejur. quia talis conventio proxime accedit ad usurarum conventionem, quæ autem Jure Canonico damnatur l. 1. X. de Usur. quo de fusius intra §. 5. Proinde fructus ex oppignorato prædio percepti in sortem imputandi, & quicquid ultra sortem creditor accepit, cogitur una cum ipso pignore restituere debitori, vel si id quod percepit, nondum æquat sortem, ejus tantum, quod restat, habet petitionem, deducuntur tamen prius expensæ in rem factæ d. Cap. 1. & 2. X. de Usur. nam fructus non intelliguntur, nisi deductis expensis: Excipiuntur tamen duo casus ab ipso Jure Canonico, quorum primus est in re feudali, quæ per Vasallum ipsi Domino directo oppignoratur, ubi Dominus non tenetur fructus computare in sortem c. 1. X. de Feudis, & c. 8. X. de usur. Ratio ad-

adicitur talis, quia tempore oppignorationis feudi liberatur Vasallus à servitio *d. cap. 1. X.* sicque videtur utile Dominium rediisse ad directum Dominum per oppignorationem, vel cum Dn Zoef. *ad tit. ff. de Usur. v. 15.* quia contractus feudalis tacitam habet illam conditionem, ut fructus cedant Vasallo servitium præstanti, quale autem cum tempore oppignorationis cesset *per d. c. 1. X.* etiam fructus vasallus prætere nequit. *Secundus est in re per Socerum pignori obligata Genero in securitatem dotis numerandæ, ex qua re fructus perceptos non tenetur Gener in sortem computare C. Salubriter X. de Usur. additur ratio, ut maritus sustinere possit onera matrimonii Rittershus. Diff. 7. Civ. & Can. Lib. 3. c. 7. in fin. Covarruv. 3. Var. Resolut. c. 1.*

§. III. In foro sequimur Jus Civile & partum antichreticum hodie admitti, ubi vis fatentur Doctores Carpzov. *p. 2. C. 30. Def. 40. & 41. Mev. part. 7. Dec. 54.* modo si fructus certi, hi legitimum usurarum modum non excedant. Stryk. *Differ. jur. Civ. & Can. Sect. 2. Diff. 22. Carpz. p. 2. C. 30. Def. 42.* ut autem evitentur istæ disputationes de fructibus, consultius esse credunt, quando loco contractus pignoratitii substituitur contractus retrovenditionis, sicque Creditor rem, quam alioquin debitor pignori destinaverat, certo pretio emat cum pacto retrovendendi, nam ita Jure Domini re ista pro lubitu uti & omnes fructus lucrari potest, etiam si legitimam usurarum quantitatem excedant, imò etiam si pretium minus sit æstimatione prædii ita venditi; quia usque ad dimidium læsio in emtione toleratur *L. 2. C. de*

C. de Resc. Vend. Longe itaque differt istud pactum ab antichresi, cum enim creditor emerit istam rem, cessat creditor, cessat pignus, cessat mutuum, atque acquirit rem Jure Dominii, qua re pereunte perit emtori, ut pote Domino *tt. ff. de Pericul. & Commod. rei vend.* in contractu pignoratitio autem periculum manet debitoris. *L. 6. ff. de Pignor. act. l. 19. C. de Pignor.* Quamvis & hocce periculum in contractu retrovenditionis declinari possit, quando speciali pacto convenitur, periculum istud, non obstante translatione Dominii, venditoris esse debere: Stryk. *in Cant. Contr. Sect. 2. cap. 4. §. 25. seq.* Layman. *in Theol. Mor. lib. 3. tit. 4. c. 16.* attendendum tamen, ne usuria ita tegatur pravitas, ut si venditor rei, quam pignori destinavit, enormiter per emtionem læsus, & emtor aliàs solitus fuerit contractus usurarios inire: Conf. Carpov. *p. 2. C. 30. D. 43. & 44.*

§. IV. Novum exemplum pacti adjecti in Jure est pactum de usuris, quale si in continenti adjiciatur contractibus bonæ fidei, competit omninò actio ad usuras petendas *l. 5. C. de Pact. inter emtor. & Vendit. l. 24. in fin. l. 16. §. 1. in fin. ff. Depos.* nam ejusmodi pacta b. f. Judiciis insunt, quæ in continenti adjiciuntur, ex intervallo autem adjecta exceptionem quidem, sed non actionem pariunt, *l. 7. §. 5. ff. de Pact.* Instricti Juris Judiciis requiritur stipulatio, aliàs exactio usurarum regulariter sine effectu est *l. 3. C. de Usur. l. 24. ff. de Præser. Verb.* In illis enim pacta in continenti adjecta ad agendum non valent *l. u. §. 1. ff. de R. C. l. 99. ff. de V. O.* soluta tamè usuræ ex pacto non repetuntur *d. l. 3. C. de Usur.* quia naturalis ex pacto oritur obligatio *l. 4. l. 22. C. de Usur.* quamvis ex pacto soluta usuræ ad tempus, non sint præcisè in posterum etiam solvenda;

- dæ, nolente debitore *l. 23. C. de Pact* nam certorum annorum præstatio non sufficit ad inducendam perpetuam obligationem Zoes *ad tit. ff. de Usur*. Interdum etiam in stricti Juris Judiciis quis civiliter obligatur ad usuras, quando pacto promissæ sunt, nempe ob trajectitiam pecuniæ *l. 5. §. 1. l. 7. ff. de Nautic. fœnor* In mutuo civitatis *l. 30. ff. de Usur*. In mutuo specierum, quarum pretium non parum variat, *l. 12. C. de Usur*. in Mutuo argentariorum *Nov. 136. c. 4. C. c. s. vers. Usura sane siquidem*. Dubium nobis movet Glossa in *Auth. Ad hæc. C. de Usur. vobis*
- 28 lens, Justinianum usuras revocasse per *l. inter claras 8. §. suscipimus 3. C. de Summa Trinitate*: Ubi Imperator declarat, se suscipere quatuor œcumenica Concilia, Niconum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense, tanquam regulas Patrum, imo tanquam quatuor Evangelia, eaque vim legis obtinere voluisse, in illis autem conciliis manifestum est, usuras esse prohibitas. *Conf. can. 2. Distinct. 47*: Verum ad hoc dubium respondetur, quod Justinianus approbaverit Concilia, quoad materiam fidei Catholicæ, non etiam quoad ea, quæ ipsemet in legibus statuerat, cum nullibi expressa usurarum revocatio legatur, quin post dictam Epistolam *inter claras* edidit Novellam *72 c. 7*. ex qua tutor scenerari cogitur, si negotiorum pupilli administratio, & tuendæ vitæ pupilli ratio hoc necessario exigere videatur: Similiter edidit Novellam *36. c. 4*. in qua argentariis usuras beffes concedit. Adeoque falsa est sententia illorum, qui usuras Jure Civili interdictas putant *Conf. Andr. Vallenf. ad decretal. tit. de Usur. §. 3. n. 5.*
- 29 §. V. Jure Canonico ejusmodi pactum de usuris omnino prohibitum *C. 6 X. de Jurejur. t. 1. X. de Usur. t. 2. de Usur.*

de Usur. in 6. adeo ut Judex compellens partes ad solutionem illarum excommunicandus *Clement. unico de Usur.* siquidem eo Jure usura furto proxima est, inde species rapinæ dicitur *C. si quis usuram. 10. Caus. 14. qu. 4.* imò non minus crudelis est, qui trucidat pauperem fœnore, quam qui subtrahit aliquid vel eripit diviti *C. 11. caus. 14. qu. 4.* tenetur propterea usurarius (qualis quilibet hoc Jure dicitur, qui plus recipit, quam dedit *C. 1. seqq. Caus. 14. qu. 3.*) non minus quam fur ad restitutionem *c. 9. §. 10. X. de Usur.* adeo ut quamvis debitor juraret creditori, se usuras solutas non repetiturum, ad earum tamen restitutionem per Judicem ecclesiasticum compelli debeat, *C. 13. X. eod. c. 6. X. de Jurejur.* Quæ tamen prohibitio usurarum non extendenda est de Jure Canonico ad verum interesse, ubi quis pro sua indemnitate aliquid præter sortem accipit, vel propter damnum emergens, aut ob lucrum cessans; per prius intelligunt DD, quando creditor aliquid passus ratione pecuniæ mutuatæ: per posterius, quando creditor pecunia sua potuisset honestum acquirere lucrum v. g. emendo hoc vel illud, de quo est expressus textus *in l. 2. §. ult. ff. de eo, quod cert. loc. l. unic. C. de Sentent. quæ pro eo, quod interest.* Quale interesse à nonnullis vocatur *usura compensatoria*, quamvis istud non tam usura, quam legitima quædam indemnitate præstatio, quæ Jure Canonico nullibi prohibetur, nec permissum, alteri per alterum iniquam conditionem inferri *l. 74. ff. de R. J.* Nec tenetur quis suo dispendio alteri prodesse extra casum necessitatis; *L. 7. ff. Testam. quemadm. aper.* modo non fingatur interesse, sed quod re vera tale est, attendatur. Ratione ergò hujus interesse etiam Jure Canonico potest fieri pactum cum debitore *Andr. Vallens. in*

Decretal. tit. de Usur. §. 2. n. 3. Dn. Streit in Diss. de Usur. cap. 2. §. 1. seqq. Dn. Friese Dissut. de Usurarum Labe tho 14. add. Stryk. C.C. Sect. 2. cap. 1. §. 26. cum quo nequam confundenda est usura strictè dicta, quæ lucrative appellari solet, quæque continet merum lucrum aliquod temporale nomine debitæ quantitatis principaliter exactum, qualis licet moderata, eo tamen Jure damnatur c. 1. seqq. caus. 14. qv. 3.

- 34 §. VI. Hodie pactum de usuris omnino per-
 35 missum, ita ut & pactum ex intervallo de illis adjectum
 sufficiat ad instituendam actionem Lauterb. *tit. ff. de Usur.* Hahn. *ad Wesenb. eod. tit. pag. 47.* & DD. passim, modo istud non excedat quantitatem in R. J. *de anno 1548. & 1577. tit. 17. Von wücherlichen Contracten §. 1. & 8.* Aliisque statutis definitam, quæ & ipsis Judæis legitur
 36 præscripta in d. R. J. *de anno 1577. tit. 20. Von Juden und ihren Wücher: §. 6. ibi: Damit aber die Juden ihre Leibes Nahrung haben mögen / so soll ihnen nicht mehr / dann fünfß von hundert zum Wücher zu nehmen / erlaubt seyn.* Visum siquidem legislatoribus sine permissione
 37 usurarum non posse comode inter homines agi, quasi pauci futuri sint, qui aliorum necessitatibus subvenire velint nullo accepto lucro: atque ita ob usum commerciorum ad certam usque quantitatem usuras permiserunt, quam si excedat pactum, excessus non debetur, & solutum repeti vel fortè imputari potest. *l. 26. d. 1. C. de Usur. nec tanquam donatio subsistit arg. l. 11. §. 1. ff. de R. C. ibiq; Brunnem. n. 13. Stryk. CC. Sect. 2. c. 1. §. 24. Carpz. pr. Cr. q. 92. n. 26.* etiam accipiens subit pœnam usurariæ pravitatis in d. R. J. *de anno 1577. tit. 17. §. 8.* statutam, privatur
 39 ne mpe quarta sortis parte, in Pomerania dimidiam partem

tem tortis amittit, *Mev. p. 6. D. 402. n. 3.* in Electoratu Saxoniae tota fors fisco cedit *Carpz. pr. Crim. qu. 92. n. 28.* infuper infamia notatur *l. 20. C. Ex quib. Caus. infam. & sepultura honesta denegatur c. 3. X. de Usur.* qua de re fufius legi meretur *Carpzov. d. q. 92. n. 29. seqq.*

§. VII. Exempli loco etiam adduci solet pactum commissorium pignori adjectum, quo inter debitorem & creditorem convenitur, ut debito sua die non soluto, pignus pro quantitate debita, pleno Jure creditori acquiratur *Lauterb. tit. ff. de pignorat. act. & DD. passim: Qvale pactum & Jure Civili & Canonico improbatum l. fin. C. de Pact. pignor. C. pen. X. de Pignor.* pignora enim regulariter pluris esse solent ipso credito, inde tale pactum sapit usurariam pravitatem, & debitor indigens pecunia ad ejusmodi pactum facile induci potest, non tamen partem pignoris creditori donare praesumitur, *arg. l. ii. §. 1. ff. de R. C.* Quid si autem Juramentum accesserit? Jure Civili istud esse nullum, quia est contra leges, expedita res est *L. f. C. de LL. Stryk. ad Lauterb. tit. ff. de Pignorat. act. verb. accesserit. Trentacinq. l. 3. tit. de Pignor. Ref. II. n. 15.* Jure Canonico autem istud servandum esse volunt: *Gail. 2. O. 40. n. 4. Bacchov. l. 1. de Pignor. c. 16. n. 1. & 2. Merlii. de Pignor. lib. 4. tit. 4. q. 123. n. 17. seq. Lauterb. d. tit. vers. lex commissoria Trentacinq. d. l. n. 6. Rittershus. De Different. Jur. Civ. & Canon. Lib. 3. c. 4. Surdus Decis. 268. n. 21. Gutieretz. De Juram. confirm. p. 1. c. 33. n. 4.* quia eo jure tanta Juramenti vis est, ut etiam actus alias nulli per illud efficaciam, minus quoad juramentum obtineant, ex ista generali regula, quod omne Juramentum, quod in ipso jurante non involvit periculum salutis aeternae, omnino servandum, *c. 28. X. De Jurejur. act*

- 44 Ast quando valor pignoris multum excedit legitimam
 usurarum quantitatem, pactum istud esse moraliter tur-
 pe, negari nequit, inde nec Jure Canonico ejusmodi
 Juramentum super re illicita præstitum, esse servandum,
 evidens reddit *c. 18. X. de Jurejur. verb.* Cum Juramen-
 tum non ut esset iniquitatis vinculum fuerit institutum
 Dñ. Stryk. *U. M. ff. tit. De pignorat. act. §. 7. Setfer. de ju-
 ram. L. 2. c. 11. n. 5. Carpzov. p. 2. C. 30. Def. 43. n. 2. Frantzk.
 De pignor. n. 53. & L. 2. Resolut. 5. per tot.* unde nec statuto
 45 aut consuetudine ejusmodi pactum approbari posse asse-
 runt, cum magis corruptela dicenda. Merlin. *d. q. 123. n. 25.
 seq. Trentacinq. d. Resolut. 11.* Si tamen non magna sit
 pignoris & debiti inæqualitas, statutum ejusmodi tole-
 rari posse docet Dñ. Stryk. *ad Lauterb. d. tit. verb.
 statuto & verb. limita.* Et hæc quidem pro instituti ra-
 tione & ingenii modulo dicta sunt! Tibi vero
 omnipotens DEUS pro concessis
 viribus sit

LAUS, HONOR ET GLORIA.



00 A 6470


ULB Halle 3
002 931.303




11

VI 17







DISSERTATIO JURIDICA
EXHIBENS

43. 6
**DISSONANTIAM
JURIS CIVILIS ET JU-
RIS CANONICI CUM USU
FORI CIRCA
PACTA**

QUAM
ANNUENTE DIVINO NUMINE
SENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ
PRÆSIDE

DN. MATTHIA Stein/
ICTO, PROFESSORE PUBLICO, FACULTATIS
JURIDICÆ HODIE DECANO,
PATRONO SUO OMNI HONORIS CULTU
VENERANDO, IN AUDITORIO MAJORI
DIE JULII MDCCXII.
PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI
SUBMITTIT

JOH. CHRISTIANUS Winter/
NEOHUSA-SAXO-LAUENBURGICUS.

ROSTOCHI, TYPIS JOH. WEPPLINGI, SEREN. PRINC.
ET UNIVERS. TYPOGR.